VIRTVTI ET ÆTERNITATI CONSECRATVM.

AVREÆ/ Luculẽtiss. q́ PETRI CARÆ Comitis/ Eq̃tisq́ splẽdidi/ necnõ Iureconsulti Grauiss. ac Oratoris Clariss. ORATIONES. In quibus quicquid Demonstratiuo in genere vspiam reperiri potest/ cum recondita Eruditione habes Lector. Additis eiusdem ad Claros Viros/ simul & a Doctis ad ipsum Caram/ & de eo Epistolis. Quin etiam tam soluta Oratione/ quam Carmine ad SCIPIONEM Filium Iureconsultum/ Paternæ Facundiæ Sectatorem/ & Affectatorem/ pleraq́ scitu/ legiq́ digna. Legat quæso quisqs in has inciderit/ nõ male collocaturꝰ bonas horas.

Ioannes Bremius Lectori.

Si tibi Charus eris/ CARAM Mercaberis ære
Vel Caro: Charites huius ab ore fluunt.

Thomas Hieraldus Cornificius Clariss. Iure/
consul. Scipioni Caræ. S.

ETsi nulla mihi tecum Familiaritatis hactenus intercessit necessitudo Iureconsulte Optime/ tuũ tamen/ Patrisq; potissime/ Nomen/ ori/ Pectoriq; insidet meo. Sunt mihi nonnullæ disertissimi Patris Orationes: quas quoties in manus legendas assumo/ eo magis defleo illius desiderium. Cuius vita non parum illustrabatur hec omnis Gallia nostra Subalpina. Ea propter paranti mihi ad te scribere Epistolam/ qua ingenue accusare volebam Tarditatem tuam/ ne dicam Negligentiam/ quia non videbaris esse is Patriæ Gloriæ propagator qui esse debes/ cum relatum esset hec Impressoribus tradi: putaui hac breui tibi congratulari: quemadmodum gaudeo illius dicendi Suauitatem/ Nitorem pariter/ & Energiam memoriæ mandari posteritatis.
Vale/ & me ama. Cunei Eidibus Septẽbrib. M. D. XX.

Epistola Nuncupatoria

EXCELLENTISSIMO ET SAPIENTISSIMO CAROLO SECVNDO SABAVDIEN. DVCI SCIPIO. CARA. S.

ILLVSTRIVM VIRORVM Egregia facinora Illustrissime Prīceps / qui aliqua liberali disciplina pręstiterūt: Alii aliter / & prout vnicuiqꝫ commodum fuit / stilo prosequi / aut sua Arte / & Ingenio extollere nixi sunt. Adeo Benefacta æternitati semper obnoxia fuere: vt nūq̄ defuerint præclara Ingenia / sua spōte / ea quoquo modo memorię Prodentia. Nam siue ad eos deuenerimus: qui de motu / cursuqꝫ syderū / diuinis / Cęlestibusqꝫ Virtutibꝰ / ac Naturis nedū qdē Moribꝰ / humanisqꝫ actionibꝰ / siue ad Rēpublicā / siue ad rē domesticā spectātibꝰ / tractāt / siue ad eos / q Pictura / Encaustica / siue Plastica / Scalpturaue Imagīes: ac res gestas referūt: multa / qdē ab his adducta / cęlata / picta / scalpta / facile inueniemus / saltē exēpli grā: q̄ ī oēm posteritatē trāsmissa / nulla vnq̄ obliuiōe hactenꝰ oblitterari potuerunt. Multorū quidē p̄clare gesta ex Platone / Aristotele / Epicuro: Itē ex Ciceronis diuersis voluminibus / Senecęqꝫ / ac aliorū accepimꝰ: q̄ prorsus q Historias scripserūt silētio p̄teriere: Quis vnq̄ melius Magni Pōpei Egregias Virtutes ex eiꝰ gestis expressit / q̄ ipsemet Marcus Cicero in ea oratione: quā habuit pro lege Manilia / & p Imperatore deligēdo. Nō inficias eam / Historiā

ob id potissimū inuētā fuisse/vt q̄ lōgo tēporū spacio ab oleri possent/fida relatiōe in oēm posteritatē trāsferant. Verū ipse parū iteresse semp existimaui quomō qd fiat/dū id bñ factū esse inueniat. Lectitanti igit mihi succisiuis horis iter domestica/& amicorū negocia Oratiōes/quas olim optim⁹ Parēs meus Petr⁹ Cara pro Illustriss. & Diuo Principe PHILIPPO Patre tuo:& p Inclytissimis maiorib⁹ tuis/diuersis tēporibus/variis de reb⁹ apud diuersos summos Pōtifices/Duces/Populos/Reges/Impatores/caste/summa cū laude habuisset:q̄ essent de reb⁹ maximis/q̄ de laudib⁹ singularib⁹/eximiisq̄ virtutibus Proauorū Splēdidissimæ Dom⁹/Amplissimæq̄: & ab heroib⁹ vetustissimis ortę Familiæ tuę:In aīo erat in volumen/& velut in corpusculū quoddā redigere:easq̄ in lucē emittere ad ppagandā tantorū Principū æternę virtutis memoriā/sine ambitiōe trāsmittēdaq̄ pclaræ fidissimi Ingenii monumēta. Nā posteaq̄ in amplissimū illū ordinē Senatoriū gratia & bñficentia Illustrissimorū Principū Maiorū tuorū cooptatus fuit Optimus Pater meus/ita oīa sua ipsius studia/ita oēs suas artes/ita omne suū ipsius Ingeniū in eorū laudes/ingētesq̄/& ppe Diuinas eorū Virtutes celebrādas ppēsi⁹ cōuertit: vt in amplissimis Legatiōib⁹:publicisq̄ administratōib⁹ nihil vnq̄ p virili ptermiserit: quod ad verū decus/& ornamētum eorū ptinere posse arbitraretur. Oīa.n.In bonę cōscientiæ pcio collocās/memoratu digna referre propt⁹ erat/Castissime quidem cōponebat/Cādide/Dilucide/ Breuiterq̄/a

terq; ac Grauite narrabat: Pronũciabat non sine Venu state, & Gratia oris, Firmis lateribꝰ, Clara & Iucũda voce, Accõmodate ꝓhemiabat: Confutabat argute, Apte, ac opportune cõcludebat. Testes erũt eæ ipse Oratiões, vt de eo parce loquar, q̃tũ Ingenio, Doctrina, Eloquentia valuerit: vt alieno facile cõprobari possint Iudicio: q̃ sua se ꝓdũt actiõe. Verũ.n.vero cũ id sine venia tua fieri nõ licere, Imo nefas esse putarẽ, nõ vt libertatẽ nostrorũ tẽporũ accusarẽ, q̃bus ꝑmissum est ęque dicere, scribereue, ac facere memoratu digna: Sed vt iis velut præsens Numen assistas: statui eas tuo Diuino Nomini ĩscribẽdas esse & tua velut Nũcupatione Imp̃ssoribꝰ tradendas: Additis nonnullis eius, aliorũq; Eruditissimorũ Virorũ ad eũ epistolis. Nõ poterũt.n.mea sentẽtia non magnã gratiã apud oẽs promereri, cũ viderint tuo iussu, & Autoritate res Illustrissimorũ Maiorũ tuorũ memoria dignas celebrari. Nã cũ maiores illos tuos Excellentissimos Viros, in omni Virtutis genere facile ęmuleris, cũ quibus de iis ita contẽdis, vt si nõ supare, ęquare tñ certe videaris: nõ ab re erit illorũ aliq̃n Laudes, & p̃clarissima facta recẽsere, vt q̃d de te dici, scribiue possit facile ꝑspicias. Tuis.n.Magnifice gestis illa q̃ simillima sunt: vt illorũ facta legẽdo, tua quoq; legisse videaris: cũ Pace, Belloq; iam Clarissimus Princeps existas. Quantũ autẽ valeas Prudẽtia, Consilio, Autoritate, Sentẽtia, vel ex eo facile colligi potest, ꝙ in tot ardescentium Bellorum Turbinibus, tantisq; exęstuantiũ Discordiarũ procellis,

tam variis/ac multiplicibus Tēpestatū agitatiōibus/vn⁹ fuisti:q oībus Charus/nulli infensus/ Te/Remq; tuā/ac Populos incolumes/illesosq; pręter multorū opinionem seruaueris. Cæteras tuas Virtutes ꝑtereo/Iustitiā/ Cōtinentiam/Fortitudinē/Clementiā:quę ita tibi Familiares sunt/vt tecū natę/nedū educatę esse videant̄. Omitto Religionē/Sincerū cultū/integrāq; in Deum Opti. Maximum Venerationē/In subditos Æquitatē/in Superiores Obseruantiā/In oēs Charitatē ac Modestiā/cum nō hanc (Ingenue fateor) sumpserim Prouinciā/vt de te/aut Laudibus tuis aliqd dicerē:quibus aliud ad dicendum/scribendūue vberius/& accōmodatius tēpus dari posse aliqñ spero:Sed vt hoc paternū Monumētum tibi dedicarē:quo facile cognosceres/qua Obseruātia Excellentissimos Principes suos Petrus Cara Pater meus/& ipse qua Pietate optimū Parentē/ q̄taq; te & Illustrissimos Maiores tuos Veneratiōe ꝓsecuti simus:cū vtrūq; pro virili effecisse constet:vt eorū Res magnifice gestę in posteros sempiterna Memoria propagentur: Ille agēdo/& scribendo/ipse quæ ille elucubrasset/in lucē tuo Diuino Auspitio/emittendo. Quod pro tua tibi innata Bonitate ita accipias queso/vt a Fidissimo/& Deditissimo tibi dicatum fuit. Vale.

Hoc in Volumine habentur varia, quę ex Indice cognosces.

Panegyricus

Epl'a fratris Angeli

Epl'a ad eosdẽ.

Libentissim

Operis Index.

Finis Indicis.

AD ILLVSTRISSIMVM DIVVMQVE PRINCIPEM CAROLVM SABAVDIÆ DVCEM PETRI CARÆ DE FRATRIS OBITV CONSOLATORIA.

SI fata/ si naturæ leges/ lachrymis/ atq; mœrore hominum possent immutari/ Carole Illustrissime Princeps: sane nõ ego solum/ & cæteri Regiæ tuæ Aulici: qui in hoc graui/ & acerbo Illustris Fratris tui Iacobi Ludouici Marchiõis obitu: dolorem tecum partiti sumus: Verum vniuersi populi: quos Clementiæ tuæ regit Imperiũ: Immo & Barbaræ/ & exteræ nationes: lachrymas imprimis effunderent: & Auro etiam/ ac Argento illas certatim cõpararent: neq; q̃uis maximo dolore/ aut incõmodo confici recusarent: modo carissimi Fratris tui vitam recuperare posse arbitrarentur: Cũ ipsius Iacobi Ludouici: tum vero tua imprimis causa Princeps Excellentissime: quem optimi fratris desiderio vehementer cõmoueri/ dolere/ angi/ pro mutuo inter vos amore/ necesse est. Quis.n.

per Deum/atq; hominum fidem/tam ferreus/tam sa/
xeus/tã adamantinus qui talis/tantiq; Adolescentis/&
Prĩcipis interitu cõmoueri/dolere/ingemiscere/singul
tire/lachrymari nõ debeat? Erat.n. Iacobus Ludouicus
frater tuus/ea Ingenii bonitate: florebat illis Suauissi/
mis Moribus/ explendescebat ea Grauitate: pollebat/
pro ætate/ea Sapientia: vt non humano patre/non hu/
mana matre: sed e Cœlo potius lapsus/& diuinitus ad
nos missus videretur. Et quibus parẽtibus/quibusq; ma
ioribus originem duceret/ Iam satis supra ætatem ostẽ
deret. Erat.n.ea corporis elegantia/ea membrorum
compactione/& aptitudine/ea strenuitate/eo robore:
De se præterea tam multa præclara pollicebatur/&
excelsa: vt esset apud omnes expectationis admirandæ/
propeq; Diuinæ. Ostendebat quid in antiquam virtutẽ/
animosq; viriles Et pater Æneas/& Auunculus excitet
Hector. Sed o fallaces spes hominum: o crudelia fa
ta: Dum.n.de Iacobo Ludouico Marchione fratre tuo/
eiusue mirabili Indole/omnes sibi multa pollicẽtur/dũ
Magnifica/Egregiaq; proponunt: dum illum aliquãdo
futurum existimant/qui Illium in Italiam portet/victos
q; penates: pro dolor/in ipso Adolescentiæ flore/in ipsis
rerũ Initiis/Inopina/ac Immatura morte repente subla
tus est. Scio Illustrissime Princeps/sicut paulo antea di
xi/non posse Charissimi fratris obitum nõ dolere: cuius
in vita maximam iocunditatem capiebas: & incredibilẽ
quandam spem/& tibi/& patriæ repositã arbitrabaris.

Hic.n.

Hic.n.nunq̃ abs te aberat: siue cęnanti tibi/siue dor/mienti/siue sedenti semper astabat: Te deambulantem/quocunq; incederes/ subsequebatur. te veluti Numen quoddam in terris colebat/obseruabat venerabatur/cogitatus omnes suos/post Deum/ad Te vnum refe/rebat. Nihil nisi de salute tua/atq; incrementis/cogita/bat: & cum esset tui omnino simillimus/idẽ fere spiritus idem animus/eadem volũtas in duobus corporibus ger manis inspiciebatur/vt vere Horatianũ illud de vobis dici posset. Fraternis animis quicquid negat alter/& al ter/Annuimus pariter vetuli/notiq; columbi. Nõ mirũ ergo videri debet si cum humanitus hoc cõtigerit illi vt e vita discederet: ingemiscere/suspirari/dolere/sin/gultire/lachrymariq; cępisti. Homo.n.es/& humani ni/hil a te alienũ putas. Verũ hactenus humanitati satis fecisse sufficiat. Nũc erige te obsecro Carole Illustriss. Princeps. Age vt his animi ꝑturbatiõib⁹ ratio dominet. Nã/si/vt es in cæteris prudẽtissimus/hoc loco vti rõne volueris/ĩtelliges nihil Iacobo Ludouico fratri tuo ma li cõtigisse: ꝙ ex hac vita discesserit: sed poti⁹ a malis ad Bona/a miseriis ad Beatitudinẽ/a corruptiõe ad Incor ruptionẽ trãsiuisse. Erept⁹ est his mũdanis ærũnis/& ꝓ bñ acta vita lęt⁹/ac iocũdus (mihi crede) ad cœlos euo lauit: vbi cœlestis illius glorię gaudiis sempiternis cum sanctissimis etiã parẽtib⁹ tuis ęuo fruit sempiterno. Ei⁹ rei pulcherrimũ testimoniũ/& certissimã mihi fidẽ facit illius in primis bene acta vita/cui etiã accedit/quod tibi

fortasse mirãdum: sed tamen (Deum & cælites testor) verum referam. Nã cum interdiu super eius obitu mul/tum/ diuq; mecũ cogitassem/ nocte/ quæ insecuta est per quietem Iacobus Ludouicus frater tuus/ facie admodum iocũda/ ac lęta/ pulchro/ vt viuus solebat/ comitatu e cœlo progrediens. Tuq; vna Princeps Illustriss. multis te stipantibus visus adesse mihi. Et post datã tibi/ acceptãq; salutem/ cunctis silentibus/ & admirãtibus in hũc modũ exordiri visus est. Noli te ampli⁹ affligere Illustrissime Princeps Carole & colendissime frater. Ego.n. relicto terreno carcere/ beatam vitam duco: & cum parẽtibus/ maioribus/ gentilibusq; nostris: qui pie sancteq; vixerunt in fœlicia beatorũ tabernacula sum receptus. Est qui mihi prim⁹ occurrit Amedeus/ nobis pater/ inter sanctos/ & electos Dei cõnumeratus miro fulgore coruscans: & non solum cœlo beatus: sed quod paucis Principibus cõtingit/ pro Numine in terris merito cultus (vt nosti) veneratur. Est piissima mater Iolãta Regio/ & Christianissimo Franciæ sanguine nata: quæ iure merito pudicitiæ/ & honestatis/ ac prudentiæ corona donatur. Est Ludouicus Auus Clęmentia/ & Imperandi benignitate clarissimus. Est Amedeus proauus: Quo iustior alter: nec pietate fuit: nec bello maior/ & armis. Hi me primo cõgressu veniẽtẽ/ paterna pietate læti omnes excipiũt: amplectuntur: deosculãtur. Tum statim sese offert Illustrissimorum/ Clarissimorũq; Principum/ Regũ: Ducũ: heroumq; conuẽtus. Hinc primus omnium Beraldus

Ille Saxon/ex antiquis Macedonibus ortus/Othonis ter
tii Romanorũ Imperatoris nepos: Sabaudianę nostræ
Gentis/& autor/& parens/Aquila Cæsarea/multis/iu/
stissimis bellis a se confectis: multis etiam templis/sacel
lisq; conditis/& erectis præclarus. Hinc tres Vmberti/
pietate insignes/& armis/Illi/qui post multa ab se præ/
clare/magnificeq; gesta/sacras Abbatiales ædes: Reli/
giosissima Templa Alpiũ/Altæcombæ: & Borgeti cõ
didere. Hinc etiam Amadeus ille primus Sabaudiẽsium
Comes: qui Sacrosanctæ Crucis Albæ vexillo a Sacro
sancta Hierosolymitana Religione/cum summo quoq;
Principum omnium Christianorum cõsensu/donatus:
Rempublicã Christianam/diu/fortiterq; dimicando tu
tatus/Barbaros etiã Christiani nominis hostes/toties fu
dit/profligauit/debellauit: Cænobia Diui Sulpicii/&
Stamedei religiosissime condidit: & Hierusalem vsq;
profectus/rediens in Regno Cypri/pie/religioseq; ex
tremum vitæ diem obiuit. Hinc Thomas octo liberis
maribus fœlix/duabus etiam filiabus insignis. Quarum
altera Beatrix/Regi/Comitiq; Prouinciæ nupta/quin
q; etiam filiabus fœcunda/splẽdidissimis/ atq; fœlicibus
illarũ coniugiis est lætata. Prima nãq; Margarita/Diuo
Ludouico Regi Frãcorũ nupta: Altera Leonora Odoar
do Anglorũ Regi. Tertia Sanchia/Richardo Regis An
gliæ fratri/& Impatori Romanorũ designato. Quarta
Beatrix/Carolo Siciliæ Regi/ Vltima Ioãna/Philippo
Regi Nauarræ mrĩmonio sancto copulatæ fuere. Hinc

 & Amadeus

& Amadeꝰ alter huiꝰ Thomæ primogenitꝰ ille/q Diui
Mauricii Annulũ deuotissime cõsequutꝰ/Chablaxiẽses/
Augustẽses/Sedunẽsesq; iuste/sancteq; subegit. Hic tur
ba magna/quã dinumerare vix qsq̃ posset/& infinitꝰ pe
ne aliorũ Clarissimorũ Sabaudianorũ Prĩcipũ cœtꝰ/ve
ste Rubra/Stola cãdida ĩsignis/atq; ꝑclarus: incredibili
nitore resplẽdẽs. Quos oẽs Iesu Christi Saluatoris nr̃i
vexilliferos dicas. Sũt.n. Rubra tunica/Crucẽ Albã cã
didã Agni ĩmaculati præ se ferẽtes. Deũ oĩpotentẽ/Im
mortalẽq; laudãtes: ĩter quos ꝓcipuus ille fulget/& emi
net Comes viridis: q ꝓ fide/ꝓ Republica Christiana tot
insignia/Magnificaq; peregit. Nec ꝓcul hinc abest Sere
nissimus Christianissimorũ Regũ Frãciȩ chorus: quorũ
quoq; Stemate Materno sanguine nati sumꝰ. Horum tã
tus est splẽdor/& decus: vt humanȩ vix possint aures in
telligere. Hi me oẽs aduẽtasse lȩtãtur/gaudẽt: exultãt.
Quo fit/vt quaq; versum fœlices maiorũ/ꝓpinquorũq;
nostrorũ animas videã/colã/admirer/qbus cũ cœlestẽ/
& fœlicẽ vitã ago/& tot/tantisq; fruor bonis: vt neq; di
cere qsq̃/neq; vnq̃ cogitare recte possit. Sunt.n. vt Pau
lus Apostolꝰ scripsit/talia: quæ nec oculus vidit/nec au
ris audiuit: nec in cor hoĩs ascẽderũt. Quæ.n. (ꝑ Diuo
Gregorio) lingua dicere: vel qs intellectus capere suffi
ciat/ Sup̃næ ista Ciuitatis quãta sint gaudia: Angelorũ
scilicet choris interesse: cũ Beatissimis spiritibꝰ gloriæ
Cõditoris assistere: ꝑsentẽ Dei vultũ intueri. & qd sequi
tur reliquũ. Sane (vt idẽ ingt) Si considerẽt hoĩes: q̃ &

quãta sunt:

quãta sunt: quae habent in Cęlis / vilescũt aĩo / oĩa quę habentur in terris. Terrena nãq; substãtia supnę foelicitati cõparata põdus est: nõ subsidiũ: Tẽporalis vita ęternę vitae cõparata / mors est poti⁹ dicẽda / q̃ vita. Hinc & Diuus Augustin⁹ / nõ minus vere q̃ religiose scripsit. O vere Beati: O terq; / quaterq; Beati: qui terreno exuti carcere / saecuri iam de sua ĩmarcescibili gloria / ad Cęleste Regnũ / peruenere / vbi gaudiis plena sunt oĩa. O bone / pieq; Deus. Quae illic cantica: quae organa: q̃ Cãtilenae. q̃ melodię? O foelix supnorũ Ciuiũ societas / Hymnidicis sociata choris: melliflua ꝑpetuae festiuitatis carmina / laudes sũmę Trinitatis cãtãs / & exultãs. O beatũ regnũ vbi Maiestas Dei oĩpotẽtis cernit / vbi verus sol Iustitiae Dñs De⁹ noster / Vniuersos Cęlestis pr̃ię ita Illuminat / ac reficit: Vt oẽm Solis / stellarũq; splẽdorẽ / oẽm deniq; cibũ / supra q̃ dici posset exupet? O gaudiũ sup gaudiũ / vincẽs omne gaudiũ: extra qđ nõ est gaudiũ. Hec / & plura alia optime / verissimeq; illi cecinere. sed lõge maiora esse / q̃ vel ĩtellect⁹ human⁹ vllus ꝑcipe possit / aut ẽt qs piã dixerit / nũc esse cõprobo. Nã / vt vates pelign⁹ inqt: Certior aure / Arbiter est ocul⁹. Quę enĩ illi scribẽtes audiuerãt / ego cõspicio: quę crediderãt ego cognosco: q̃ illi spauerãt / his ego nũc fruor / & dẽiq; video q̃ta sub nube iaceret nr̃a dies. Crede mihi Carole / oẽs opes / oẽs potẽtię / oẽs honores tui / q vere ap̃ mortales sũt maximi: si cęlestib⁹ cõparẽt bonis / ludibria q̃dã esse videbũt. Hec & multo plura dicentẽ / & vt mihi videbat orantẽ illũ / Tu (vt saepe in vita solebas) fratrẽ amplecti voluisti.

At ille rideti similis/vale/inqt:& recessit. Cogita igitur nuc tecu Carole prudentissime Princeps/an Iacobo Ludouico fratri tuo aliqd mali contigerit:ꝙ ex hac vita discesserit. Quippe qui miseras has terras/ Cęlesti illi/ & ęterno domicilio cõmutauit. Cogita/quod Mãtuanus vates ait. Stat sua cuiqꝫ dies:& vt Caius Sulpicius apud Ciceronem scripsit/Et si non nũc/illi tamen aliquando moriendũ erat. Nã/vt flaccus Horatius inqt/Debemur morti nos/nostraqꝫ. Cogita si diutius vixisset alio fortassis genere mortis/& miserabiliori exitu/ illum occũbere potuisse. Nosti q̃ incerta/& incõstans sit hominũ vita:& quibus plurimũ fuit fortuna blãdita/miserabilẽ tandem exitũ affert. Hoc cũ quotidie res ipsa cõprobet/tum veterũ Vrbis Romę/exterarũqꝫ Gẽtiũ exẽpla / abũde declarant. Romulus vrbis cõditor/& parẽs:cui per omnẽ ętatẽ Numina tantũ fauerãt/tandẽ tempestate ingẽti/apud Capreã paludẽ suborta/tonitruis circũdat⁹/nusq̃ apparuit:& inhonorata morte fuit/cuius vita tãto in honore cõstiterat. Caius Iulius Cæsar:qui de Gallia/Britãnia/ Ægypto/Pharnace/& Põto/Iuba/& Aphrica/atqꝫ Hispania Triumphũ egit:& a quo vsurpato Romanorũ Imperio/Cæsarũ omnium nomen propagatũ est/Princeps orbis/tribus/& viginti vulneribus in Senatu confossus/occubuit. Pompeius Magnus:qui duos/& viginti Reges Orientales subegerat/apud Ptolemeũ Regẽ capite trũcatus/moritur. Nero Imperator quintus ab Augusto:qui libidini suæ/& impietati oĩa cõcesserat/ Vrbe

fugiens

fugiens:se ipsum interemit. Domitianus a Cubiculariis suis septē vulneribus occisus fuit. Helius Pertinax:Mauricius:Antonius:Maxim9:Gordianus.Decius: Valerius: Aurelianus:Tacit9:Probus:oēs Romanorū Imperatores/ vel a militibus/ vel a suis per insidias occisi/ obtruncatiq3 fuere. Carus etiā Romanorū Imperator/ Carino & Numeriano liberis/ Cęsaribus nuncupatis/ fulmine percussus interiit. Policrates Samiorū Tyrānus/ cui fortuna multis annis arriserat/ a Dario Persarū Rege fusus/ in summo Magarēsis montis vertice suspēsus fuit. Ninus Rex Assyriorū/ qui primus bella finitimis intulit: posteaquā Asiā/ Scythiā/ Zoroastēq3 subegit/ ictu sagitę statim interiit. Cyrus Persarū Rex/ qui Gangē fluuiū/ in quo miles eius submersus fuerat/ in quadringētos sexaginta alueos (vt tradit) cōmutauit/ a Thomyri muliere Scytharū Regina/ superatus/ occidit. Xerses Rex ille potētissimus: q (vt historiae phibent) mōtes subuertit/ mariaq3 cōstrauit/ a suis (vt legim9) trucidat9 fuit. Darius quoq3 Rex apud Charā oppidū capt9: cathenis/ & cōpedib9 detētus/ miserabilē mortē egit. Hānibal Penorū Dux qui sexdecim annis Romanos in Italia cōtriuit/ apud Anthiocum Regē/ veneno proprio: quod sub Gēma/ more Regio/ ferebat/ mortē obiit. Pyrrh9 Epirotarū Rex: q Romanis terrori sępe fuit/ & metui: ictu saxi a muris mactatus fuit. Alexāder Magn9/ q vniuersam Asiā: Immo Orbē fere terrar3 subegerat/ āno ętatis suę trigessimotertio a Casandro Antipatri filio/ veneno extinctus/ periit

Taceo

Taceo infinitos alios/ne sim lõgior/quos vel legisti/vel ẽt ꝑ ætate tua videre potuisti/maximos qdẽ/& excelsos viros:qui licet in omni vita fœlices/& omnib⁹ formido losi viderent/crudeli tamen/& nephario genere mortis perierũt. At Iacobus Ludouic⁹ frater tu⁹/sicuti optimis semꝑ vixit ĩstitutis/ita moriẽs in Antiquissima/& Splẽ didissima tua Taurinẽsi Ciuitate/a te sæpius visus/salu tatus/postq̃ tredecim diebus cõtinuis lecto iacẽs/graui febre laborauit/& ea oĩa diligentissime absoluit:quæ ca/tholicũ & orthodoxũ Principẽ decent/inter carorũ suo rũ amplexus/religiosissime Deo omnipotẽti spiritũ red didit. Hoc vel solo cõsolari debes:ꝙ & gloriose ꝑ ætate sua vixerit:& demũ tã pie/tã sancte/ex hac vita migra/uerit. Nã quo pacto/si lõgius vixisset/fortuna cũ eo fuis/set actura/nesciebas. Dñs illũ tibi fratrẽ cõcesserat/Do/minus abstulit. Et/vt Iob ille paciẽtissimus inquiebat/si cut dño placuit/ita factũ est:sit nomẽ dñi benedictũ. Ac cedit ad hoc/ꝙ etsi abs te discesserit frater/vides tamen multos alios Illustrissimos Prĩcipes tibi ꝓpinquos/ac ne cessarios/in quorũ beniuolẽtia/ac prudẽtia conquiescas/ relictos esse. Sũt ĩprimis Illustres/& excelsi patrui tui/ Ianus/Philippus/Iacobus/& hic Frãciscus Sacrosanctæ metropolitanę Auxitanensis ecclesię Pręsul/atq̧ Gebẽ nensiũ Princeps/& Põtifex/qui te loco filii oẽs amãt/di ligũt/colũt/venerant. Est Carolus Christianissimus Frãcorũ Rex/duplici cognatiõis/& illo qdẽ Germanæ cõsanguinitatis arctissimo vinculo tibi copulat⁹. Est Ioan nes Galeacius

nes Galeaclus Maria Sforcia / Vicecomes / Mediolanẽsiũ Dux: eodẽ affinitatis fędere arctissimo tibi deuinct9. Est Bonifaci9 Mõtisferrati Marchio. Est Federic9 Ferdinandi Neapolitanorũ Regis fili9 / multis reb9 gestis inclyt9 sorori9 tu9. Sũt alii q̃plures: quos enumerare lõgi9 esset / ex omni Christianorũ Prĩcipũ nobilitate / summa tibi cognatiõe cõiũcti. Qui Cõsilio / Opib9 / virib9 / tibi deerũt nunq̃. Est Blãca Illustrissima / atq; honestissima cõiunx: quæ sua singulari prudẽtia / atq; humanitate / curas leuabit omnes. Ex ea dabuntur liberi / dabiturq; vt videas: & natos natorum / & qui nascentur ab illis. Superest igitur vt relictis lachrymis / atq; mœrore / de Salute tua in primis cogites / curesq; / vt q̃diu te / & tibi / & tuis conserues incolumẽ. Neq; enĩ solũ a Clãdestinis insidiis: & cęteris piculis / quæ principib9 solẽt ĩminere tibi cauẽdũ est. Verũ ẽt victui tuo diligẽter cõsulendũ. Ex tua nãq; salute / nostra quoq; / & ĩfinitorũ hominũ salus pẽdet. Et qñ qdẽ amplissimũ Prĩcipatũ geris / paucula quædã p mea in te fide / & obseruantia cõmemorare cõstitui: quę cũ tibi / & natura insita / & p̃ceptis tradita / & volũtate confirmata esse sciam / nõ tã monẽdi / quã memorãdi / & exhortandi causa / dicta accipias rogo. Deũ (vt facis) ante omnia time: Mandata eius obserua. Hoc est omnis homo. Iusticiam / virtutũ Reginam / & sine qua Regna diu esse nõ possunt / sup omnia cole. Totum Reipublicę tuę corpus / vt p̃clare a Platone scriptũ legimus / sic procurame dũ vnã partẽ tuearis / reliquas deseras. Qui enim

parti Ciuiũ

parti Ciuiū cōsulūt/partē negligūt/rē pnicīosam in Ci uitatē inducūt/seditionē/atq₃ discordiā. Tros/Tyriusq₃ tibi nullo discrimine agatur. Clemētia/quæ Diis immor talibus homines pares reddit/apud oēs semp vtaris. Ab Auaritia/qua/pro dolor/per hec tēpora prostituta/quæ stuaria/deturpata sunt oīa/sic velim abhorreas/vt nullū in Principe tetrius viciū putes/q̄ habere venalem Iusti tiam/atq₃ Æquitatē: Quoties Magistratus:& Officia/a te erūt distribuenda/caue ne pecunia mercātibus illa cō cedas. Melius est enim cogere bonos viros ad honores/ dignitatesq₃ gerēdas/q̄ illas ambitiosis/pcio/pecuniaq₃ cōcedere. Nō.n.emūt (vt ille inqt) nisi quod postea ca rius vēdāt. Curabis ēt vt diligētē ratiōnē habeas/de p uentibus/& expēsis tuis/ne plus effundas/q̄ ęrarii tui fa cultas patiat. Assentatorib⁹ nō apies aures. Illis maxime delecteris hoībus:q nihil ficti/nihil simulati/aut faciūt/ aut loquunt. Prębebis te oīb⁹ (vt soles) affabilē:sępe te ostēdes subditis tuis. Nō pmittes/quoad poteris/aliquē a te tristē discedere. Fac demū/vt oēs te amēt/te miren tur. Nihil enī est aptius ad Impia/Principatusq₃ tuēdos (vt a philosophis scribit) q̄ amari. Nihil alieni⁹/q̄ time ri. Sūt alia pleraq₃ Priceps Excellētissime/ad q̄ istitutū erat te exhortari. Verū cū oīa tuo illo excellēti/Diuino q₃ īgenio pspicias/video pfecto te admonitione vlla nō egere. Quod si forte opus est:habes tecū Illustrem Pa/ truum tuū Frācīscū/lateri tuo semp inherentē/littera tum quidē Virum/optimū/atq₃ iustissimum/Principem

Auxitanensium/Gebenensiumq; Pontificem cuius etiã
diuino ingenio/singulari bonitate incredibili sapientia/
& præcipua in te fide/lęta omnia tibi sunt/fœliciaq; spe
randa. Habes plerosq; alios grauissimos/cõsulares/ Sena
toriosq; viros/quorũ ductu/& auspiciis tibi rebusq; tuis
recte prospicies. Hoc pacto/& Deo imprimis autore/&
sanctis parentibus/ac optimo fratre Iacobo Ludouico/ ꝑ
tua salute illum assidue deprecantibus/te incolumen/at
q; Fœlicem tibi/& Vniuersis populis/subditisq; tuis:
qui tua salute nihil carius ducunt/in vita/cum optatis in
crementis q̃ diutissime cõseruabis. Vale & Petrum
Caram seruulum tuum ama. Ex Taurino pridie Ca/
lendas Sextiles. M.cccc.lxxxv.

Petri Caræ Iuris vtriusq; Doctoris/& Legati Illustris
simi Sabaudiæ Ducis/ad Illustriss. Ducem/Senatumq;
Venetorum Oratio Congratulatoria.

DEum/& sydera testor Serenissime Prin
ceps: cum te/Clarissimũq; Senatum/ac
Vniuersum populũ Venetum intuor/
Illud in primis: me fateri oportere: quod
Cyneas orator ex Thessalia/pyrrho/epi
rotarum Regi/de populo/Senatuq; Ro
mano respondit/Populum inquit Romanum/Senatum
quendam: Senatum autem/Regum conuentum videri.
Ita profecto res hoc loco se habet. Nam cũ Vniuersum
hunc

hunc Populum Venetum Toga/Prætextaq; indutum/ ac Morum Elegantia/cum Grauitate quadam sale con/ spersa/præditum contemplor :Senatores profecto om/ nes videre mihi videor.Cum vero Illustrissimū ipsum hunc Senatū animaduerto/Reges/Principes/Excellsos Duces videor admirari.Multa sunt Illustrissime Prin/ ceps/vosq; Celeberrimi Senatores/huius gloriosissimę opulentissimæq; vrbis ornamenta/locus imprimis/& si/ tus/sui natura stupēdus/in æquore/Saloq; & his stagnis collocatus.Sunt templa/delubra/Cęnobia/puro Auro/ atq; Ebore/mirifice elaborata/& tot numero/vt vix fa/ cile sit creditu.Sunt amplissimę ędes:excelsa tecta:mul to marmore/atq; auro/vndiq; refulgentia. Est Nauale/ atq; armamentarium/res nō minus admirāda/q̄ toto or be singularis.Est Classis īnumera/& omni ex parte stru ctissima/atq; munitissima.Est diui Marci Thesaurus/ma ximo auro/Innumeris gēmis/p̄ciosissimaq; supellectili in credibilis/ac vbiq; terrarum celeberrimus.Sunt pri/ uatæ Opes:Copię/Facultates/Diuitię/quas pares/nus q̄ fortassis inuenies. Sunt alia infinita/huius splendidissi mę/inclytęq; vrbis ornamēta a qua etiam omnium egre giarum rerum exempla sumuntur. Sed illud omnium præclarius/excellentius/ac prope diuinius videtur : q; tanta sit hic virorum præstantissimorum multitudo:tan ta copia/tantus numerus/vt quocunq; te voluas/Cato/ nes/Scipiōes/Cicerones/Cæsares/admireris. Vndecū q; circumfluentem/superexcrescentemq; togatorum

Venetorum

Venetorum turbam inuenias. Hec ea quidem / vt in plęrisq; gregaria / atq; vulgaris censeri potest. Nam pro Satyrico Aquinate: Sęparat hoc vos a grege mutorum: atq; ideo venerabile soli Sortiti ingenium / diuinorumq; capaces: Atq; exercendis / capiendisq; artibus apti / Sensum a cœlesti demissum trahitis arce. Hoc cætu Venetorum hominum: nihil maius / nihil dignius / nihil illustrius in terris puto posse reperiri. Adde tantam Ciuium / Patriciorumq; omnium Concordiam / Caritatem: vt non humana quidem res / sed cœlestis / potius / atq; diuina videatur. Adde Iustitiã / quam maxime (vt fama est) ante alios omnes colitis: nec iniuria Nã inter reliquas omnes virtutes / vsq; adeo laudatur / vt illam & hespero / & lucifero clariorem / pulchriorẽ / admirabiliorem Euripides Philosophus affirmare sit ausus. Hoc pacto Clarissimi Veneti mirum in modum / terra / mariq; polletis. Hoc pacto Imperium vestrum / longe / lateq; diffusum / millẽis iã annis / & vltra / & ab ipis Athilæ / Vnnorũ Regis / crudelissimis temporibus / sine vlla vnquã mutabilitate (mirabile dictu,) eisdẽ legib9 / atq; statutis conseruatũ / propagatũq; rexistis / auxistis / amplificastis. Quod neq; Atheniẽses / neq; Lacędemonii / neq; Carthaginẽses / neq; ipsi Romani / neq; alię vllę Respublicę / vnq̃ potuere. Id vt fœlix / faustũq; & fortunatum / ac perpetuũ vobis sit / & deũ / & Cœlites rogo. Hoc pacto innumerabiles exercitus / & terrestres / & maritimos sępe fudistis. Tot bella / terra / ac pelago / ꝓspe / fęliciterq;

gessistis:

gessistis:tot vrbes/tot Prouīcias/tot Nationes/tot Regna debellastis/tot Triumphos ex hoste crebro reportastis/tot Reges/tot Principes/tot Duces/& potētatus/in vestram clientellam/amicitiamq; iunxistis. Hoc pacto tandem/tantam bellorum molem cōtra spurcissimū illum/& truculētissimum Turcarum Regem/Mahumetanāq; barbariem/diu/maximo vestro sumptu/& periculo sustinetis. Quod vobis proprium/& peculiare est cætera bellorum genera/cum reliquis etiam Barbaris communia sunt. Verum Iesu Christi Saluatoris nostri fidē: continuo bello defendere/Rempublicam Christianam: tutari/decus Vniuersalis ecclesiæ propagare/hoc nomini/ gloriæq; vestræ ascribēdum omnes vno ore concedunt. Gloria siquidem vestra iam tanta est/licet futura sit maior/vt ex Demosthenis ad Alexandrum sententia/nulla vnquā tropheis vestris finem allatura sit ætas. Celebrabuntur res vestræ/Magnifice/splendideq; gestæ/& Laudes tam re q̄ voce memorabiles/non solū nostris/sed pene omnium gentium litteris/atq; linguis:nec vlla vnquā ętas/de gloria/laudibusq; vestris obticescet. Quinimmo florescent quotidie magis/& vigebunt memoria omnium sæculorū. Quare pergite Illustrissimi Veneti/& Barbaros Christiani nominis hostes/excelso/fortiq; animo (vt facitis) expugnate. Fata.n.viam inuenient/aderitq; vocatus Apollo. Pergite inquam alacres/tu præcipue certissima salus patriæ Petre Mocenigo/ Clarissime Dux/atq; Serenissime Princeps: qui

tot annis

tot annis,vniuersæ Classi Venetæ:ac exercitibus/sum/ma laude præfuisti. Exurge modo/& accingere/atq; ex citare/si libet:ac (vt soles semper animo splendidissi/mo/atq; maximo esse) Rempublicam Christianam/rem Venetam/rem tuam/audentius aggredere. Es enim ta lis/ac tantus vir/& Princeps/vt nulla res tanta sit/ac tā difficilis/quam tu/non & consilio regere/& integritate tueri/& virtute (vt inquit Cicero) consequi possis. Crede ad hec vsq; tempora/e tantis rerum procellis/te seruatum esse:quem Deus tandē patrem/patriæq; Prin cipem dedit/vt labenti/fluctuātiq; reipublicæ Christia nę succurras: Vt nouissima/pro dolor/ Eubœæ/quam Nigrumpontum vocant/lamentabile excidium vlcisca/ris/vt tandem nomen/gloriamq; Venetam/in pristinū decus/dignitatemq; restituas. Crede mihi/si quid veri Vatū præsagia possunt/ Nescio quid fatis auguror esse tuis. Hoc pacto nō/modo singularem/atq; immortalem apud homines laudem/& gloriam consequeris: Verum Locum illum Aureū optatissimū/quem Scipio beneme/rentibus de Republica/cōstitutū dixit in cœlis/vbi Bea ti æuo fruuntur sempiterno/tibi pulcherrime vendica/bis. Dixi hec paucula:& extēpore quidem/nullo appa ratu/nulla præmeditatione/verū vt venerunt in bucā: Ita me amet optimus/maximusq; Deus:Sed ita me dice re præter spem/opinionemq; meam impulit vester Gra uissimus/Illustrissimusq; conspectus:Reliqua quę ad cau sam meæ legationis attinent/dato tempore/cum libue/rit/differem9. Venetiis.xiii.Cal.Augusti.M.cccc.lxxv.

Petri Caræ Iurisconsulti: & Comitis / Ducalis Sabaudiæ Senatoris. Et Legati ad Alex. Sextum Pontificem Maximum. Oratio / Romæ in publico Consistorio habita. Anno Salutis. M. ccccxciiii.

ETsi omnes Italiæ Principes / ac Respublicæ / splẽdido apparatu / & insigni legationum pompa / te Alexãdrum Sextum Pontificem Maximũ / Salutatum / adoratumq́ȝ iampridẽ certatim miserũt: Nullum tamẽ / vel Italũ / vel ex reliqua Christiana gente Principem / nullam Rempublicam: nullum Senatum esse existimamus: a quo Illustrissimi Sabaudiæ Duces: qui nos quoq́ȝ nũc / de more / legatos miserũt / obseruantia in sacram Apostolicam Sedem: & fide in Beatitudinem tuam superentur. Fuerunt. n. ab Atauis prisco / veteriq́ȝ maiorum instituto / & paternis / atq́ȝ domesticis / quos cum ipso lacte suxerũt / moribus / ita educati / vt post immortalem Deum / nihil sanctius / q̃ Romanũ Põtificem colant / venerentur / adorent. Neq́ȝ id Auro Argento / Gemmis / Purpura / quod pleriq́ȝ assolent: verum cãdida / sinceraq́ȝ Fide / & rebus ipsis / potiꝰ q̃ verbis ostẽdere operæ precium putant. Quæ cum / pro munere Legationis / hodierno die declaraturus accesserim / Mirũ ne sit Alexander Maxime / si per ipsa statim Orationis initia / & vultu / & mẽte / moueri compellor. Ego. n. dum altum te / & in Throno Pontificię Maiestatis sedentem intuor:

intuor: facile concipio / nihil in hac sphera rerum morta / lium Maius: nihil in terris Excellentius: nihil sub cœlo Sublimius / Te vno in Celsissimo isto Pontificatus So / lio: in hac sacra Simonis Petri sede cõspici posse. Siue.n. ipsius Sedis autoritatem / quæ supra humanam poten / tiam est / siue tuæ Beatitudinis numen / quo Christum geris in terris / considerare / contemplariq; voluerimus: quis obsecro futurus est eloquentia tanta præditus? qui te coram: & hoc eminentissimo Regum / semideorumq; concilio: ac supremo totius orbis terrarum Senatu di / cturus / moueri non debeat? His præcipue publicis / frequentibusq; comitiis: in quibus concionari solitos es / se scio / non gregarios / aut ex vulgo quosq;: verum De / mosthenes / Æschines / Hortensios / Cicerones: & eos de / mum / qui summam in dicendo gloriam assecuti / Roma / nam omnem / & Atticam eloquentiam callent: quorum q; ex ore / melle dulcior (vt de Nestore tradit Home / rus) & fluit / & redundat oratio. Nõ itaq; mirum vi / deri debet Alexander: si ego / qui neq; ingenio / neq; di cendi exercitatione satis valeo / principio orationis im / pedior: quod Theophrasto Philosopho / quod Demosthé ni / quod Marco Tulio / quod aliis plerisq; magnis ora / toribus contigisse legimus. Verum omnia vincit Se renus iste / diuinusq; Vultus tuus: quo me dicere inci pientem vsq; adeo recreas / & hortaris / vt existimem te veluti Terrenum Deum / Synceram Principis no / stri mentem / lucidissimum animum / cor purissimum /

hilarem offerentis voluntatem:potius q̄ oratoris verba perpensurum. Nunq̄.n.cuiquam vitio datum fuit (vt Plinius inquit) Deum colere quoquo modo posset. Nā & farre/& lacte/ac mola salsa litant/qui nō habent thura. Dicam igitur/& numine tuo aspirante paucis aggrediar/quæ ab Diuo Principe Carolo/& Inclyta Matre Blanca/tutellam eius/Imperiūq; gerente/nobis demandata fuerūt. Venimus Alexāder Maxime ab extremis Allobrogum/& Italiæ finibus salutatū te in primis Regem Romanorū/& Christianorū omnium Pontificem Maximum. Venimus ad vera obedientiæ signa/deosculatum/adoratūq; sacrosanctos pedes tuos. Venim⁹ ea omnia publice/priuatimq; Maiestati tuæ præstituri:quę a catholicis principibus Summo Christi Vicario præstari conueniunt. Innocētio octauo vita functo/cū omnium Principum/gentium/populorū votis/summo consensu patrum/nutu Dei culmen istud Pontificiū/ad te delatum esset:salutaremq;/faustū/& fortunatū/ac iucundissimum eum nūcium/Augusta/& paruulus Cæsar:nostri Clarissimi Principes/accepissent/tanta lęticia/tam vęhemēs/& incredibile gaudiū eos inuasit:vt nunquam alias maiore perfusi/hoc vno se fœlices/atq; beatos dixerint. Laudare Omnipotentē/& Immortalē Deū cœperint:& oculis/ac palmis ad cœlum erectis/illi gratias agere/ꝙ supra filios hominū ꝓspexisset/vniuerso Christiano generi vocatus affulsisset:eumq; gregi suo pastorem dedisset/quo maxime indigebat Christiana religio.

Decreta statim fuere Comicia:publicae lęticiae signa po
pulis nunciata:Institutae per vrbes/per oppida/p agros
publicę / solēnesq3/& quales antea visę nō fuerāt/suppli
cationes.Nulla Tēpla:Nullae Basilicę:nulla loca sacra
sunt relicta:in quibus/& pia thura/& amplissimae cumu/
latissimaeq3 gratiae/Deo nō agerētur.Ignes publici/emi
nētesq3/passim excitati.Festis Campanarū tinnitib9/Ly
ris/Citharis/Tubarū clangoribus/omnia resonabāt:Cō
gratulātiū voces in coelū vsq3 emittebātur:Ita vt aurea
rediisse saecula:& oīa omnibus foelicia viderent.Quae
.n.maior foelicitas Christianis Populis contingere po/
test/q̄ Principem/& vniuersalis ecclesiae Regem nan
cisci? Iustum imprimis/atq3 fortē:Tum Magnificū/Piū
Clementē/Liberalē:Sanctū:multarum/maximarūq3 re
rum vsu Callentem:qui sciat/qui possit:qui velit Reipu
blicae Christianae decus/atq3 dignitatē sustinere/ orna
re/augere/amplificare.Is vnus tu Alexāder diuina sor
te/diuinis cōsiliis/veluti e coelo missus/sęculo nostro ap
paruisti.Quo duce:quo pastore:quo Pontifice/lęta oīa
Christianis Prīcipib9/& populis sunt sperāda.Nemo est
enim/q nesciat/in te vno/summū esse Ingeniū/summū
Cōsiliū/summā Animi Magnitudinē/summā Aequita/
tem/summā Religionē/summā rerū/oīum Experiētiā:
& demū te illū esse/in quo Virtutes oēs suū collocasse
Domiciliū videant.Quę singula ita omni humano ge
neri sunt nota/ita apud oēs gētes/celebri fama vulgata/
ita terra/mariq3 celebrata:vt nulli9 oīno pręconiis indi

geant. Nec ēt est cõsilii nostri ĩ pñsentia Pater Sancte/ quod pleriq; hoc quoq; loco moliunt̃/tuas/vel hui⁹ sacrę Sedis laudes attingere. Nõ.n.mihi tantũ est Ingenii/nõ mẽtis/non spiritus/non virium/ nõ eloquentiæ. Tales nãq;/eiusq; generis sunt: vt veneratione potius: quã ho/minũ pdicatiõe dignas esse cẽseamus. Adde q modestis/simas aures tuas illarum frequẽti/quottidianaq; auditio/ne/iam fessas/atq; fatigatas puto. Vt nihil pene de illis dici iam possit/quod a multis antea sępe nõ sit dictũ. Verũ illas aggrediẽtibus iure obiici posse video: quod Cy/neæ Oratori Thessalo responsum ferunt. Is.n.cũ apud Pyrrhũ Epirotarũ Regem/de Deorũ suorum religione eleganter/& magnifice perorasset: Regisq; iudicium tacit⁹: expectaret: Præstat (inqt Rex) vt sileas/O Cynea: q̃ Deos Immortales/tua impotenti facundia/deni/gres/& turbare potius/q̃ laudare pergas. Venit in mentem dum hec loquor Simonidem Poetam/& Philoso/phũ/ab Hyerone Syracusarũ Rege/qs/aut qualis De⁹ esset interrogatũ: diem sibi ad meditandum postulasse: qua exacta/biduum/& sic deinceps/ Cũ impẽsius a Rege rogaret̃/numerũ dierũ ad cogitãdũ duplicasse: exact⁹ tandẽ/cur tã diu/sicq; illusorie secũ pgeret: Quia inqt: quãto magis huc animũ intendo: ea mihi res sublimior/ & inqsitu difficilior esse videt̃. Idẽ mihi hoc loco dici posse video. Tãta est enim hui⁹ Diuinę Sedis amplitudo/ tãta Virtutũ tuarũ Maiestas: vt nõ terras solũ/sed coelos ẽt penetrẽt: & humanã oẽm eloquentiã/ac vim lõge

exuperẽt:

exuperēt:& quasi extinguere videantur:eueniatq; Aristotelicum illud:Sicut oculus Noctuæ ad Lumē Solis/ Ita humanũ eloquiũ ad hec prodenda non sufficiat. Vsu quoq; videmus:vt qui oculorum aciem in radios solares intendunt:quo fixius eos nituntur inspicere/ eo minus videant. Maximus Prophetarum Dauid/ Attenuati/ (inquit) sunt oculi hominum/excelsa suspicientes. Hermes Trimegistus/& Firmianus quoq; Lactantius/meminit:mortale immortali: temporale perpetuo/corruptibile incorrupto propinquare non potest. Neq; humano Ingenio/vel propriis sensibus/summa Dei cõsilia cõprehenduntur: alioqui nihil inter Deum/ hominemq; distaret/si huiusmodi facultas assequeretur humana. In illis nanq; nemo magis pficit:q̃ qui intelligit sibi semper supesse quod quærat. Verius quoq; cogitatur De9/ q̃ dicaẗ.& verius est/q̃ cogitetur. Rectius igiẗ mea sententia faciēt:qui sacrã Apostolicã Sedem/qui Maiestatē tuã laudibus efferre conantur:si clausis labiis/corda aperiant/vocē cõpescant:affectũ diffundant/& venerabũdi/ potius/atq; taciti illã adorent/quam dum facundi videri volũt:supra vires conati:in medio (vt aiunt) cursu deficiant. Cum itaq; Alexãder Põtifex Maxime id dignitatis/& virtutũ culmen/ac fastigiũ/sis adeptus quod nullius flumen Ingenii: nulla dicendi vis/ amplius extollere/exornareue possit. Nos muneri nostro satis hoc loco fecisse putabimus:si quales Prncipes nostri fuerint/ hodieq; sint:quoue studio sacratissimam hanc Sedem/

&c tuã in primis Maiestatẽ colãt/paucis apuerimus.

Priscis tẽporib⁹/quẽadmodũ ab Illustrib⁹/ꝓbatisq; au toribus didici:Diui Sabaudiæ Prĩcipes/ab Alexandro Magno/vł Philippi/ille ex Olympiade filius fuerit/vel Ammonis/Siue vt paulo alti⁹ repetã/ab Hercule origi nem/genusq; duxere.Hercules q mõstra domuit/&c vir tute sua(vt Poetæ tradũt) iter sibi parauit in cœlum: Caranũ/q primus Thessalorũ Rex fuit/genuit. Cara/ n⁹:Perdicã/Perdicas Argeũ:Argeus Philippũ primũ/ Philippus Europũ/Amyntãq;.Europ⁹.Menelaũ/Mene laus Amyntã Iuniorẽ:Amyntas Philippũ Alexãdri Ma gni patrem. Alexãdro Magno extincto/Macedones ex Alexãdri genere /Saxoniã/magna mãu/florẽti pube/in uadẽtes:expulsis inde/in vlteriorẽ vsq; Britãniã Cyrin gis/tenuere/&c Otonibus illis Inuictissimis/Ad quos La tinorũ cõsensus Laurũ/&c coronã Cæsareã detulit/ge/ nus dedere.Otonis.II.Romanorũ Imperatoris nepos ex Hugone fratre Saxonũ Duce/fuit Beraldus Sabau dianę gẽtis Illustrissim⁹/&c antiquus Autor/ac parẽs:a quo nunq̃ interrupta posteritate/vel serie/infiniti Prin cipes/&c Duces ꝓdiere:Qui vt primũ/trans/citraq; al/ pes potiti sunt rerũ:obseruãtissimi semꝑ Apostolicæ se dis cultores:pietate ĩsignes/&c armis/ꝑ Republica Chri stiana claruerũt.Neq; vero est op⁹ hic recẽsere celebres illorũ/Herculeasq; victorias:quas cũ sępe alias/&c plęris q; aliis in locis:Tũ ad Perã vrbẽ/ad Cõstãtinopolim/ad Hierosolymã truculẽtissimę/spurcissimęq; Turcarũ/&c

Barbarorum

Barbarorum gentes/ingēti sua clade senserūt. Eas vero
illud quoq; testatissimas facit/ꝙ extincto Rhodiorū Prī
cipe: Vrbe/a Turcis obsessa/reb⁹ Christianorū vndiq;
trepidātibus/Amadeus vn⁹ Sabaudię Princeps: Chri/
stiani exercit⁹ Imꝑator/Barbarorū impetū/nō modo su
stinuit/verū excelso/ifractoq; aīo fudit/fugauit/oppssit.
Vrbē Rhodū/Insulā omnē/Christianos cūctos/ea obsi
dione/illis ꝑiculis liberauit. Hinc cōi Christianorū om/
niū Prīcipū cōsensu/Sūmo Rhodiorū applausu/Christi
vexillo donat⁹ est/decretoq; illo auctus/vt in militarib⁹
signis/Crucē Albā/Crucē cādidā/Crucē Agni Imma
culati deferret. Quo Tropheo/gloriosoq; Insigni/oēs
postea Sabaudię Prīcipes/relictis Cęsareis Aqlis: quod
priscū/& gētile illi⁹ antiqssimę familię Insigne fuerat/ī
hūc vsq; diē īsigniri/exornariq; videm⁹. Recēserē alios
itidē Amadeos/eosdēq; maximis ī rēpublicā Christianā/
& sacrā hāc sedē/bñficiis Illustres: nisi maxime vererer/
ne dicēdi ꝓlixitate/aures tuę māsuetudinis offenderē.
Qñquidē ꝑclara illorum/& Heroica gesta/nō oratiōis
mensurā: sed historiæ iustę magnitudinē expostulāt: mul
tisq; essent ꝓ meritis/& Annalibus/& voluminibus Illu
stranda. Ad hec probatissima vestigia: ad hos Hæroum:
Clarissimorūq; Principū mores: ad hoc gētile/& veluti
ei⁹ familię peculiare quoddā/& hęreditariū munus/assi
due institut⁹/atq; educat⁹ Prīceps noster Carol⁹/& Re
ligiosissima mater Blāca/Bonitate ingenii/ac Singulari
Prudentia/ēt imitata/Beatitudinē tuā/& Sacram hanc
sedem/

Sedem/omni Pietate/cultu/veneratione/ꝓsequi/cole/re/obseruareq́ statuerunt. Idē illis est animus: eadē sunt studia: quæ maioribus suis/gētilibusq́ fuere: Princeps est tenellus quidē Infans: sed diuina Indole: vt nō humanis parētibus: sed e cœlo/ex choris angelorū descēdisse videatur. Patrē habuit Carolū Principē fortissimū/& bello/paceq́ Clarissimū: quo iustior alter/Nec Pietate fuit: nec bello maior/& armis. Is admodū adolescens Salucia cos subegit. Gabienos deuicit: superbas gentes/ferocissimos Populos domuit. Imperii sui decus/dignitatēq́ restituit. Auum quoq́ habuit Sanctū/diuinūq́ Principem Amadeū/ꝓdigiis/miraculisq́ fulgentē: cui tēpla/& aras deberi oēs vno ore fatent/& prædicant. Hos/reliquosq́ proauos/& maiores referēs puellus Prīceps/multa/miraq́ indicia futuræ ꝓbitatis ostendit. Mater est illi Inclyta & pudicissima fœminarū Blanca/Annos tres/& viginti vix egressa: Ætatem/Consilio/Prudentia/rerū gerendarū Industria/cæterisq́ Regiis virtutibus/mirifice superans. Matronarū certe decus: & Illustriū mulierū/quę sunt/quæq́ fuerūt vnq̄/honestissima: Sacris moribus: sacris institutis: omni Religione/filium imbuit/& exornat. Omnis in Ascanio caræ stat cura parentis/Neq́ tamen quæ ad Impii dignitatē/ad Principatū benegerēdū ptinēt/dies/noctesq́ omittit. Carolo marito/& Duce ī ipso ætatis/& victoriarū flore sublato: ac filio vnico: & nouem tantū mensiū: in cunabulis/crepundiisq́ relicto: cum Blanca filii/& Imperii administrationem

summo optimatum/populorũq; consensu suscepisset:varii bellorũ/& seditionũ motus/trans citraq; alpes oriuntur:quos Blãca infracto animo/singulari sapiẽtia/& bonitate ita repressit/atq; cõposuit:vt pacatis vndiq; rebus/Deo autore/vniuersum Sabaudianum Imperium aurea/fœliciq; pace fruatur. Id qualecũq; / quantumue terra/mariq; patet:tuę Beatitudini/Sacrosanctæq; Romanæ Ecclesiæ paratum / dicatumq; esse constituit. Neq; tamen illud (mihi crede)omnino/vel exiguũ/vel spernendũ. Sabaudiani enim Impii fines/& in Gallia transalpina/& in Italia longe latet diffusi cernuntur. Galli transalpini:qui eam regionem incolunt/quæ est a fontibus Rheni & Rhodani/ad Occidentem Solẽ vergens/in fines Gallorũ: quos Belgas/& Celtas Cæsar appellat:quoad Sagona (vetusto nomine Arar) ĩ Rhodanũ influit.Ad Septẽtrionẽ vero a Germanis/ Sedunis/Mõte Iouis/Alpibus graiis/atq; pẽninis/vsq; in Mare Ligusticũ/eaq; loca vbi Nicea Ciuitas maritima Nobilis/a Massiliẽsibus olim cõdita/Varusq; fluuius Galliã ab Italia disiũgit:vbi Port⁹ Herculis/cui nũc Villę Frãchę nomẽ est: vbi Trophea Cæsaris Excelsa Turri/miro marmore cõspiciunt/Quo lõgo terrarũ spacio: Heluetii/q cęteros Gallos virtute ꝓcedũt:Seduni:Allobroges:Seq̃ni:Cẽtrões: Veragri:& reliq vsq; ad Massiliẽsiũ fines:ac vniuersi demũ ppl'i/q ꝑ octo ãplas Diœceses / cum Metropoli ea loco obtinent/Diuis Sabaudiæ Principibus iãdiu:multisq; retro sęculis paruerũt/ parentq;.

parẽtq́ꝫ. In Italia vero a Nicea/quã Plini⁹ in ipsa Ita lia esse affirmat/ab alpibusq́ꝫ illis excelsis/quas Hercules primo/dehinc Hãnibal decimoqnto die transcendit/& quæ pro mœnibus Italię imminẽt/versus orientẽ solẽ: vsq́ꝫ in fines Insubrũ/Sabaudianũ se protẽdit Imperiũ. Quo nõ paruo/& pulchro Italię circulo:pter Taurinũ/ vrbẽ nobilem/& antiquã/a Phaetõte Phæbi filio/(ut tradũt) cõditã/Ducariã sedẽ/studiorũ/ac bonarũ oĩum artiũ altricẽ:præter Eporediam etiã vrbẽ/carminibus Sybillinis/a Romanis condi iussam: præter Vercellas Apollineas nobilissimas/a Saliis Libiciis ortas:pter Au gustam Prętoriam/ad radices alpium positam/& ab Au gusto populo Romano dicatã: præter Montemuicũ po pulosissimã/& amplissimam ciuitatẽ/in Appẽnino posi/ tam/& ab Hãnibale in Italiam digresso/etiã admiratio/ ni habitam:Stant oppida quinquaginta:insignia quidem illa/præclara/atq́ꝫ munitissima:quæ templorũ religiõe: multitudine hominũ:splendore diuitiarũ/a magnis vr/ bibus nihil differre videãtur.Stant arces/oppidaq́ꝫ alia/ & municipia vltra ducenta/mœnibus/turribus/fossis, propugnaculis/copia rerum/virisq́ꝫ munita/ita vt eam regionẽ vulgo Pedemũtiũ/olim Subalpinã Galliã ap pellatã:nũc hortos/vel cãpos Elysios recte qs appellet. Omitto Prĩcipes/Proceres:Viros illustres:Marchiões: Comites:ĩfinitã ꝓpe Nobiliũ/& Eqstris ordinis virorũ multitndinẽ:q iure Impii/ac feudi ligii/& antiq huic Ex celso Duci nr̃o parẽt/obediũt/obsequunt̃.Hanc ꝑterea

Sabaudianæ

Sabaudianæ familiæ vel præcipuam laudem ausim affir
mare: nullam ex antiquis, nouisq Principũ familiis, quas
viderim vnquã, aut legerim, continua successione, aut
diutius, aut iustius imperasse. Constat enim Sabaudos
Principes, multis retro ætatibus, infinitis prope annis:
Ita pie semper, iuste, clementerq rexisse, vt Sabaudianũ
imperium, quietis, & repromissiõis patriam dicas: in qua
nullus vnq̃ Tyrãnidi: nullus grauioribus vectigalibus:
nullus improbis locus fuit. Taceo, quod in primis dicen,
dum erat: Templa, Basilicas, Sacras ædes, earumq nu,
merum, & amplas facultates: quib⁹ nulla regio plus abũ
dat: vt vel hoc vno facile liqueat, qua religione, qua pie,
tate, qua constantia Principes, & Populi Christi fidem,
quam semel hauserunt, conseruauerint, auxerintq. Sed
quo pergo? sentio iam me dicẽdo longius protrahi, q̃ in,
stituti ratio patiatur: neq vero aut dicendi studio, Prin
cipum meorũ potentiam, iactandi, ostentandiue gratia,
quisquam me tam multa persecutum putet: Verum vt
hec delibando, quicũq adsunt, intelligant, in his quę ab
ipsis Principibus meis offeruntur, vel fide, vel deuotio,
ne superiorem esse posse neminem. Ponam nunc oratio
ni modum. Ad te redeo Pater Sancte: quẽ cum intuor,
& admiror, in publica certe Læticia nobis lætandum: &
omni gaudio gestiendũ censeo. Etenim si ab ipsis Diui
Petri temporibus: qui primus sanctissimus sedit, Roma
nos omnes Pontifices, qui vltra viginti, & Ducẽtos fuis
se referuntur, animo repetere voluerimus: Inuenieris
profecto

pfecto Tu vnus/post tot sanctissimos/Clarissimosq; Pō
tifices diebus nostris/non humanis/sed plane diuinis cō/
siliis illuxisse:quem sperant omnes/& acclamant illū fo
re:qui Pacem in primis/vnitatemq; inter Prīcipes:Res
publicas:Nationesq; Christianorū conserues:Qui Reli
gionē ipsam/si qua labat/restituas/erigas/exornes:Qui
Barbaros Christiani nominis hostes vincas/& pessun/
des:Qui tādem sæculis nostris concupitam/exoptatāq;
fœlicitatē prestes.Hec omnia facile/vti speramus/absol
ues:si diuino īgenio tuo vsus/pacatis/cōpositisq;/quoad
fieri poterit/Christianorū rebus/Vexillum Crucis/Si
gna redēptoris nostri/in Turcas/& Infideles erexeris/
maturandūq; putaueris.Hic ignoscas quæso Beatissime
pater/si legationis munus aliquātulum egressus/pauca/
quæ ad officium/ad decus/ad gloriam tuam pertinēt cō/
memorabo.Quæ enim de te sentiunt homines/sperāt/
ac prædicant/Ego tuę Sanctitati ab ineunte etiā ętate
deditissimus/tacere nō possum:nō certe/vt te mortaliū
omniū sapiētissimū moneā:aut incognita tibi omniū sciē
tissimo narrē:Verū/vt eam apud oēs de te opinionē in/
telligas:cui vti facile potes respōdere:ita & te velle mi/
hi psuasum esse cognoscas.Infracti igit animi tui delibe/
rationē/a me/veluti tabella depictā/auguratāq; perspi/
cias.Multa sunt Excellētissime Pōtifex/quæ te ad eā rē
cōtra Turcas/& Infideles/īuitare/excitareq; videntur.
Gloriosum in primis nomē:quod tibi Alexādro pulcher
rimū indidisti. Fuere (ni fallor) ante te/qnq; ei⁹ noīs
celebres/

celebres/Clarissimiq; Romani Põtifices. Alexander pri
mus / qui inter sanctos est relat9/ Traiani tẽporibus/mul
ta diuino sacrificio/ob memoriã Christi passiõis adiecit.
Alter Hẽricũ Imperatorẽ/Ecclesiæ infestũ: & Cadulũ
Parmensem subegit. Alexandrũ tertium silere non pos
sum: cuius de nomine Alexandria Cisalpinæ Galliç ciui
tas cõdita fuit. Hic Federicum Imperatorem illum /qui
Mediolanũ euertit/soloq; æquauit: qui Segusiã/Princi/
pis nostri vrbẽ/dolo captam/diruit/Federicum inq̃ pri
mum Cisalpinam omnẽ deuastantẽ: multa vndiq; Italiæ
damna inferentem/sub iuga deduxit. Henricum Angliç
Regem ob cędem Diui Thomç Cantuariẽsis/publicis/
debitisq; poenis affecit. Cõsulibus Romanis iurisiurãdi
formã erga Sedẽ Apostolicam dedit: Senatui Veneto
multa ĩsignia cõtulit. Alexãder quart9 Mãfredũ Siciliç
Regẽ/& reliquos Italiç Tyrãnos expulit. Q uit9 Ladis
laum Regẽ res Ecclesiç/diu/multũq; vexãtẽ/ ĩ cõcilio
Pisano/Regno priuauit. Magna profecto sunt hec. Pul
chrũ fuit diuis illis qnq; tui noĩs Põtificib9/ summos Im
peratores/potẽtissimos Reges vincere. At/si vera fatẽ
mur/Christiãi aduersus Christiãos arma sumpserũt: pul
chri9 erit tibi/& gloriosi9: si/qđ oẽs autumat/ĩ Turcas/
molit9 fueris: teq; alterũ Alexãdrũ Magnũ/in oriẽtales
illos Reges/& Populos Christi hostes/ostẽderis: vt/qđ
maxime omniũ optatũ est/futurũq; speram9/ Orientalẽ
cũ Occidẽtali Ecclesia cõiũgas: & te tandẽ verũ Alexã
drum Magnum: Pontificẽ Maximũ: terrarum: mundiq;

Regem/&

Regem/& Christi Vicarium omnes salutēt/& adorēt. Gentilis ille tuus gloriosæ memoriæ Pontifex Maxim⁹ Calistus tertius:vt primum ad Apostolatum assumptus fuit:id mente concepit/vouitq; se perpetuo totis conati bus Turcas/& Infideles persecuturū. Ad eam rem per ficiēdam ex omni Europa/multa/mari/terraq; parauit/ nōnullas barbarorū insulas/vi expugnatas cępit/ingen tes clades hostib⁹ intulit. At nescio quo sydere/& aduer so Christianorū fato/ dū maiora molitur/in ipsis Victo riarum primitiis/Sanctissimus Pontifex/ad cœlos reuo catur:cuius morte sicut interrupta sunt omnia:ita Tur cæ:& barbari maximo metu liberati. Tibi vni nunc hic honos/hec palma debetur/vt quod patruus Calistus in/ ceperat:nepos Alexander fœlicibus auspiciis prosequen do/perficias. Oblata est tibi hoc tempore insignis occa/ sio rei bene gerendæ:quę te magis/atq; magis incēdere inflāmareq; debet. Celeberrimus ille:& quippe diuinus Princeps:ac Regum nostri temporis decus Ferdinan/ dus Rex Hispanię:vnde tibi nobilissima origo est:postq̄ Barbaros Christiani nominis hostes/bis/atq; sępius ingē ti clade pcussit/& trophea sæpenumero de ipsis statuit. Superiore anno/victricibus signis/vniuersum Bethicæ Regnum illis eripuit/Christianisq; restituit. O fœlicē/ diuinūq; Principem. O Clarissimum/& præstantissimū Regem:cunctis Sęculis:litteris/ac monumētis celebrā dum. Hac vna Ferdinandi victoria/latrones illi spurcissi mi trepidant/pertimescunt/latebras quærunt. Proinde

si Redēptoris

si Redemptoris nostri Vexilla/te duce moueri/& Alexandri Sexti signa præsenserint/tantus eos tui nominis terror inuadet/vt facile tibi euēturum credamus/quod Alexandro Magno contigit/cui ab vltimis etiam mūdi littoribus/legationes vndiq; nunciabantur/quibus cunctæ gentes veluti destinato sibi Regi obsequerentur. Dum igitur trepidāt/tolle moras:nocuit semper differre paratis. Habes quoq; domi & in his excelsis tectis/veluti captiuum Ziminum Sultanum/magni Turcarum Regis fratrem:Maximū certe futuræ tuæ victoriæ momentū:Is non paruo adiumento/tibi/Exercitibusq; tuis/multis rationibus est affuturus. Non deerūt (vt opinor) in tam præclaro diuinoq; opere Christiani Principes: Potentatus:Respublicæ. Omnes omnibus viribus:omnibus copiis/te sequentur. Nihil certe ad eam rem defuturum tibi video/modo velis:velle autem debes:nec te (mihi crede) huius cōsilii vnquā pœnitebit. Parata est tibi immortalis Gloria Alexāder/modo tu Christi gloriam:a quo tua omnis emanat diligenter (vt sperāt omnes) inquiras. Non.n.ad cibum/ad potum/at titilātem/prurientemq; corporis voluptatem/nati sumus:verum/vt soles dicere:ad decus:ad dignitatem:ad labores:ad Iustitiam:ad ærūnas/etiam pro Iusticia perferēdas. At quæ maior Iustitia/dici excogitariq; potest/q̄ Iniurias Christo Redemptori nostro illatas/vlcisci? Gregem suum a Barbaris oppressum/Christianum Populum/terra Sancta spoliatum/ludibris/& cōtumeliis affectū/defendere.

Alexandro Pōtifici Sexto

Cogita Pater Sancte/quot vrbes/quot ꝓuincias/quot
regna/quot Impia/& ſupioribus/& noſtris ſęculis Bar
bari Chriſtianis eripuere. Nā vt Hyeroſolymā terram
Sanctā/Chriſti domiciliū/& ea oīa loca/in qbus ſalutis
noſtrę myſteria ſunt tractata/ſilētio ꝑteream⁹:vt Syriā
Phœnicē:Ægyptū:Achaiā:noſtrorꝫ olim Sabaudię pri
cipū Prouinciā/vt Gręciā/vt Aſiā minorē:ac innume
ras ferę Prouincias omittam⁹/horret anim⁹ meminiſſe:
quas clades noſtris ēt tēporibus/Mahumetana rabies po
pulis Chriſtianis īflixerit. Recēs eſt adhuc Conſtātino
politana Calamitas:recētior Eubœę clades:quę ſine la
chrymis a Chriſtianis audiri/vel recēſeri nō pn̄t. Soleo
aliqñ merū repetere:quas clades Hānibal poſtq̄ Tauri
nū vrbē expugnauit/apud Ticinū amnē/apud Trebiā/
apud lacū Traſumenū/apud Cānas/q̄ oīum maxīa fuit/
Romanis īflixerit. At nullā ex his īuenio/quæ cū his po
puli Chriſtiani (quas dixi) cladib⁹ ſit merito cōferēda.
O bone/pieqꝫ Deus/quot ꝓbra:quot ludibria/dictu ne
fanda/auditu miſerrima:populus tuus Chriſtianus illic
paſſus. Pro/dolor/quot ornatiſſima templa diruta/quot
aræ ſacræ pollutæ:quot Sanctorū Reliqæ/Imagineſqꝫ
fędatę:quot virgines corruptę:quot matronarū decus
violatum:quot religioſi/ſanctiqꝫ viri occiſi:quot impube
res iugulati:quot viri inſignes obtrūcati:quot palo trāſ
fixi:quot igne cōcremati:quot trucidati:quot ſecti:quot
in vīcula cōiecti:quot exules/extorreſqꝫ facti. Nō ſexui:
non ætati:nō dignitati pepercit truculuntiſſima imma

nisq; Barbaria: Adde si qui e tantis cladibus illic miseri Christiani supersunt, illos non solum, vt calones, vel lixas abiectissimos habent: verũ illis pro iumẽtis vtuntur. Illis nanq; vehunt, arant, fodiunt. Illis vilissima omnia exercent, erubescendaq; ministeria. Sed nonne his omnibus contumeliis, ac probris, Christus Rex noster afficitur? Nonne sacro suo affatu prædixit. Amen amen dico vobis: quod vni ex istis minimis fecistis, mihi fecistis? Nonne tibi ipsi Alexandro, qui Christum refers in terris eæ cõtumeliæ: hec probra inferũtur? Certe dissimulare nõ licet: libere loquar Credũt omnes te Alexãdrũ Sextũ Pontifi. Maxi. Christi vices gerentẽ in terris, nõ diutius passurum nomen Christianũ tam fœdo, tã horribili, tam detestabili dedecore contaminari. Age itaq; Alexãder, exurge, te ipsum excita, te hortare, te verum Alexandrũ in Oriẽtales illos Infideles ostẽde. Nã Christo Duce nõ minora certe gesturus es, q̃ Alexander ille Magnus: qui cum nullo vnquã hoste (vt legitur) est congressus, quẽ nõ vicerit: nullam vrbem obsedit, quam nõ expugnauerit: nullã gentem adiit, quam non calcauerit. Sed de his satis: fortasseq; nimis multa: non quod magnitudini animi tui, inuictæq; virtuti diffidendum: vel sponte currẽti calcar addendũ videat: sed vt intelligat tua Beatitudo: quãtũ de te sibi polliceant, sentiãt, & loquant etiã remotę nationes. Superest nũc tandẽ, vt quod p̃cipuũ hac legatiõe nobis, ab Diuis Principib9 nostris est demandatũ, persoluamus. Inclytus Princeps

 noster

noster Carolus/Religiosissima/diuaq; mater Blāca:pri
scæ fidei/& hęreditariæ in Apostolicam Sedem & tuā
Beatitudinem obseruantiæ memores/ te Alexandrum
eius nominis Sextum/Summū Pontificē/omni gratula
tionis/& venerationis officio profitētur. Te Iesu Chri
sti Saluatoris nostri/verum Vicarium in terris agno/
scunt. In cui9 nomine/& signis/omne genu flectitur:cœ
lestium/terrestrium/& Infernorū. Te Petri Apostolo
rum Principis Successorē vnum/& Legitimū veneran
tur. Te maximū Christianorū omniū Principū Prin/
cipem/Patrum Patrem/& Hyerarchā vocāt. Te cœ
lestis aulæ Ianitorem:& veluti terrestrem quēdā Deū
prædicāt/& admirātur. Tibi vni Excelsam Sūmi Apo
stolatus Sedem/& Claues illas Regni Cœlorū omni/
potentis traditas esse affirmant. Tibi Summo Sacerdo/
ti/& Vniuersę Christianę religionis Antistiti/flexis in
terram genibus/esse/capita/in primis submissis humeris
reuerenter inclinant/& omni fide/atq; integritate colla
subiiciunt. Tibi Puram/Sincerā/ Humilem Deuotam/
Illibatam/Inuiolabilem/& (quam Reges/Prīcipes/& re
liqui Christiana fide insigniti debent) Obedientiā polli
centur/deferunt/exibent/præstāt. Tibi demum Alexā
dro Sexto Pontifici Maximo/Sacræq; Sedi se ipsos/Vr
bes/Oppida:Regiones/Exercitus/Opes/Copias: Facul
tates:Clientellas:Fortunas:& quicquid amplius terra/
mariq; illis est/virium:dedunt/vouent/dedicant. Vtere
pro arbitrio dum lubet/tua decernunt esse oīa. Interea

tu quoq;

tu quoq̧ Clemētissime Pōtifex/Carolum Principē no strum infantulū/annos quattuor nondū natū/multa pro bitatis/& religionis signa/præ se ferentē:religiosissimā matrē Blancā/viduā:pupillū inq̄ & viduā/& cū Excel sa illa domo/ Vniuersum Sabaudianum Imperiū/prote gendū/& cōfouendū suscipe/Susceptū amplectere/Am plexū cōserua/cōseruatū Exorna: exornatū iustis fauori bus bn̄ficiisq̧ Prosequere. Sub tuo enī Iustissimo Augu stissimoq̧ Imp̄io/ac Pōtificatu: ꝓspera sibi cūcta/lętaq̧/ & iucūda futura confidunt.

Romę i publico cōsistorio dcā. Anno Sal̄. M.cccc.xciiii.

Ducalibus Sabaudiæ Senatoribus Guilielmus Varronis Vercellensis. .S.P.D.

REuerēdissimi/& Magnifici Pr̄es/& Dn̄i mei ob seruādissimi/cōmonui vos sup̄ioribus dieb⁹/quo die huc appulerant Oratores nostri/& q̄s honos introeūtib⁹ ipsis sit exhibit⁹: Quodq̧ vigesimanona hu ius/publicū Cōsistoriū cā n̄ri futurū sp̄abam⁹/ī quo Di uinā/ab Eloquētissimo viro/Petro Cara/or̄onē expecta bam⁹. Nihil nos fefellit opinio/& expectatio n̄ra. Habui m⁹ eo die designatā audiētiā publicā/ī q̄ Petr⁹ tādē eā habuit or̄onē/qualē Tulli⁹ ipse/aut Demosthenes cōpo nere/vel agere meli⁹ nō potuisset. Incredibile est/q̄ gr̄a/ q̄ facūdia/q̄ autoritate/qb⁹ gestib⁹/q̄ facilitate/q̄ ꝓnū ciatiōe/qua demū attētiōe/& voluptate oīum rē egerit. Omitto referre q̄ artificiosum/q̄ pulchrū/& necessariū fuerit exordiū/quo humilis n̄rę gētis habit⁹ opportune

 excusabatur.

excusabat. Prætereo etiá cõsulto/qua arte/& quo Ingenio/distinctę essent reliquę oratiõis ptes/& q̄ bene ĩstructæ ad mouendũ auditorũ aĩos: Quos ita attẽtos/& beniuolos habuit/vt cũ maximo silẽtio/oculi/& ora omniũ ab Oratoris vultu/nũq̄ declinarẽt. Ná/vt Cardinales/& reliquos taceã auditores/q Carã Orantẽ/veluti nouum quodã Numen/arrectis auribus obseruabãt: Vidimus Pontificẽ Maximũ/ita attentũ/& beniuolũ fixis oculis Oratoris nostri Maiestatẽ obseruantẽ/vt Orãtis vultũ cõtinuo induere/& eisdẽ moneri affectib⁹ videretur. Magna huic ꝑfecto/& pene incredibilis in dicendo vis fuit: qui dũ volebat/nõ modo alios/sed ipsum ẽt Alexandrũ Maximũ/modo hilarẽ/modo tristẽ reddebat. In Peroratiõe etenim/vbi Põtifici Maximo Pupill⁹/& vidua cõmendabant/tãta est vsus vehemẽtia Orator noster/vt magna cõmiseratione cõmotũ Alexãdrũ/ad Lachrymas pene ĩpulerit. Multos etiã Cardinei ordinis viros/Pupilli/& Viduę cãm cõplexantes flere coegerit. Conuenerant ad hec comitia/vt est moris/ex oĩbus liberalium artiũ ꝓfessoribus peritissimi: Inter quos Põponius lętus fortunatus/togatorũ eruditissimus/& Hermolaus Barbarus Venet⁹/Gręce/Latineq̧ doctissim⁹: qui eã Orationẽ (vt par fuerat) vno ore mirifice cõmẽdarũt. Mihi plurimũ/& Patrię/nostrę cõgratulati sunt/q̄ tãtũ ꝓduxerit virũ/q inter oẽs eos/qb⁹ hoc anno ĩ publicis comiciis hic orare cõtigerit/primã coronã reportauerit. Itidẽ mihi dixerũt Cardinales/Senensis/& Papiensis/

piensis, aliiq; Viri dignissimi, q Oratorię artis nõ vul, garẽ peritiã habẽt, vni Petro Carę bene dicẽdi palmã, sine cõtrouersia deferẽtes. Quid plura fœlices nos Sa, baudianos, & admodũ gloriosos fecit aurea nr̃i Collate ralis Oratio, q̃ Plus Honoris, Plus Laudis, Plus Autori tatis, Plus gloriæ, Prĩcipi nr̃o, & toti Sabaudiano gene ri, nobisq; cõtulit, q̃ cũ gẽmatis, & deauratis comitãtiũ caterius, Suis Regib⁹, Prĩcipibus, & Populis, alii Ora tores contulerint. Addidit huic nostro Trophæo ĩsignẽ gratiam, & autoritatẽ Trium Collegarũ pręstãtissima Virtus, qui vt sunt Ingenio, doctrina, cõsilio, & religio ne præclari: ita ẽt, vt tales ab omnibus sunt cogniti: qui bus ꝑfecto & Immortales gratiæ, & magna præmia de bent. Vobis itaq;, terq;, quaterq; gratulamur Pr̃es opti mi: Vestrãq; in Domino Prudentiã, Iterũ atq; iterũ cõ mendamus, qui tales, tãtosq; huic legationis muneri prę feceritis. Qui re bñ, & laudabiliter gesta, gloriosos sint ĩn Patriã Triũphos allaturi, de qb⁹, & fructũ, & volu, ptatẽ scitis ꝑcepturi. Reliqua autẽ q̃ ad publicã, & priua tã cãm spectant: quo ordine, qbusue auspiciis fieri cepta sint, per litteras ipsorũ Oratorũ, cum summo studio, & maturitate, mãdata Principis nostri prosequẽtiũ, copio se omnia intelligetis. Hodie habitus est Senat⁹ creando, rum Cardinalium gratia, sed orta inter Cardinales dis, sensione, nihil est cõclusum. Quid fuerit in cã, cũ dabit ocium, plene intelligetis. Bene Valete. Romæ ex Pallatio Apostolico Vltima Maii. M.cccc.xciiii.

Carolo Octauo Gallorũ Regi

Petri Carę Ducalis Sabaudiæ Senatoris/in aduentu Christianissimi Caroli octaui / Galliarum Regis / Oratio edita.

CIceronem illum Romanę eloquentię cõstanti omniũ fama facile Principẽ/ legimus solitũ dicere/Quoties Senatũ Populũq; Romanũ oraturus adiret/toties in iudicium se conferre:non ingenii solum/sed ætatis/& industriæ:Sic & Paulum illum:cui vas electionis cognomẽto fuit:diuinarum rerũ eruditiõe Virũ profecto spectatissimũ:cũ de Diuinis rebus dicturus esset/non orsum prius/q̄ in admirationẽ quãdam/metũq; deductũ dixisse ferunt.O Altitudo diuitiarũ Sciẽtię/& Sapiẽtię Dei:quam incomprehensibilia sunt opera eius/& Inuestigabiles viæ eius? Ad quas cum cogitatiões suas/studiaq; conferret hebetante animo/iã rerũ pondere obrutus:magis imbecillitatẽ animi sui detexit/q̄ rerũ ipsarũ vim/virtutẽq; (sicut par fuisset) verbis cõplecti potuerit.Si igitur Rex Christianissimę/& Regũ omniũ potẽtissime/vosq; bellicarũ rerũ gloriosissimi Duces/& Exercitatissimi Mauortis Inclyti milites/hos ambos/quibus summa semp/ & maxima apud viros præcipue magnitudine Ingenii/ & Sapiẽtia claros/autoritas fuit.A quibus tũ diuinarũ/ tũ humanarũ rerũ cognitio/atq; sermonis ratio/ad posteros emanauit/futurę oratiõis timor obduxit:Multomagis atq;

gis atq; multo mihi pertimescendũ est: qui calces illorũ non attingam/qui nõ ignorem & Ingenii mei/ & industriæ/artis quoq;/& exercitatiõis facultates meas tenuissimas esse: quas nõ sum certe nescius rei ipsi/de qua impręsentiarum dicturus sum/parem posse orationem pręstare. Et eo certe minus/ꝙ rem nouam/& ante hac inauditam/maximamq; eorum omnium/quæ vnq̃ inter mortales gesta sunt/de qua modo sum orationem habiturus. Cum mecum tacitus ipse reuoluo/tantamq; Excellentissimorum hominum Coronam/in hoc primario totius orbis consessu/atq; frequentia intuor: totus obstupesco/atq; deficio/vt destinati iã operis/ sed vereor heu sero/pœniteat. Timoris tamen hanc molẽ hoc vnũ leuat: viresq; mihi animo reficit / excitatq; ingenium. Quod apud optimarum omnium Artiũ Principes me dicturum video: qui soleãt omnia in bonã partem applicare: & simul æquo semper supercilio dimetiri/atq; excipere: Quæ res maxime me hortatur: vt cui iam accinctus sum operi/studiosius/lętiusq; insistam: ad quam rem auxit animum Theophrastꝰ ille Peripateticorum facile Princeps: qui apud grauissimos quosq; viros/rudes etiã sermones posse conserere censuit/modo fide loquantur/ & ratione: Quę res effecit: vt inceptum meũ quadam animi moderatione defendã/ne vltra vel diffidentia remoretur/vel ipsiꝰ rei magnitudo deterreat. Accedit ad hec: ꝙ in hac insolita mihi dicendi ratione causa talis oblata est: in qua deesse oratio nemini põt. Dicendum est

enim de

enim de hoc maximo / & omniũ: qui ante hũc fuerunt / memorabili / Regioq̃ / & diuino apparatu / quo neq̃ validior opib9 / neq̃ potẽtior viribus / & robore / neq̃ belli artibus ĩnstructior / neq̃ vt causa iustior / ita effectu iucũdior vl / lus vnq̃ fuit / cuius orationis difficilius est exitũ / q̃ Princi piũ inuenire: Ita quidẽ / vt nõ queant in dicendo mihi vel verba deficere / vel sententiæ. Quas ob res / rẽ ipsam / vn de hec omnis causa ducit / aggrediar / ne exordio videar magisq̃ reliquę insistere orationi: quod esset ab omni di / cendi ratione penitus alienum. Vniuersa ferme Christiana religio / per omnem præcipue Galliam cisalpinã: atq̃ eam / quã magnã Græciam appellant: tam longe ab omni Dei cultu facta / in præcipitiũq̃ labans / ruinã om / nem passura videtur / non sine magna Deorum iniuria / totiusq̃ Christiani nominis labe / ac turpitudine / Quorum omniũ Rex Serenissime futuram vltricem tuã Sacram Maiestatem Deus ipse tenditq̃ fouetq̃. Non enim hominum solum / cum hominibus / sed etiam cum Diis omnibus fœdera / leges / iuraq̃ violata patescunt. Ita vt nulla iam videatur apud homines in Deum religio: qua ipsius Dei beniuolentiam nobis conciliamus: nulla ĩter homines Iustitia / qua data a Diis bona / æqua possessione tenentur: nulla Fides / qua mutua inter homines / & honesta cõsuetudo seruat: nulla tandẽ iuris / vel gentiũ / vel ciuilis Obseruatio: null9 Virtutis amor: nullũ precium: nulla pœnarũ Formido / quorũ altero oderũt peccare boni / altero oderũt peccare mali. Verũ mortaliũ omnium

studia /

ſtudia/ad quæſtum/ad temerarios impetus/ad impios ani
mi affectus/ad dolos/ad hypocreſes/& demũ ad ea oĩa/
quibus omnis dominatur iniuria/atq; ĩfamia: Flagrat/ re
feruntur/omni turbato humanitatis officio/Quæ om/
nia non clam/non in tenebris/quod apud maiores delin/
quentium erat peculiare/ſed palam/& in faciem homi/
num/poſt tergum dato omni pudore:geruntur : quibus
profecto Dei opt.Max. iram in ſe omne ferme Chriſtia/
num genus vlla ſine hæſitatione conflauit. Ita quidem
vt ſuis quiſq; in adinuentionibus:atq; dura hereſi peri
turus/a Deo relictus videatur. Hec itaq; omnia huic
ſacro apparatui tuo Chriſtianiſſimę Rex/ac Diuine/
quæ in promptu eſt/expeditioni cauſam dediſſe haud fa
cile arbitrantur/atq; ſibi perſuadent:qui ſuis tacitis co/
gitationibus/de ipſo apparatu aliquid diligenter/diui/
neq; inquirunt:de cuius Genere/ac Magnitudine : deq;
illius Neceſſitate/Rectitudine:Iuſticia/atq; Ordine: ſi
temporis anguſtia ferret/dicerem profecto/ac lubens.
Sed aliam mihi de his/aliud in tempus orationẽ ſeruaui.
Et illud vnũ mea nũc breui oratione tractabo:quod ma
xime animos veſtros/& incitare/& inflamare debet:qa
Diuino potiuſq̃ Humano certe Conſilio/vobis oĩbus/
autore/atq; Impatore Maximo Carolo Chriſtianiſſimo:
Frãcorũ Rege delata eſt:Inſtaurandę deintegro/ac re
nouandę publicę Chriſtianæ rei Prouincia:quæ ab ipſo
omnipotentis Dei filio/atq; ipſo Deo/& homine facta/
& cõſtituta/antea prius ab Regiis hominibus p̃nũciata/
cui Illuſtris

cui Illustres viri/non sine maximo salutis suæ:atq; discri mine vitę/incremēta dedere/Et demū ęterno in gradu a grauissimis hominibus/firmis stabilita sententiis/cōpo sita ac perornata in ruinam (pro dolor) hac tempestate nostra labitur/atq; prorumpit. Aguntur profecto cer/tissimo/maximoq; in præcipitio illius ornamenta/atq; subsidia/nimborum densa quadam congerie diuina queq; operiuntur/vt illorum nobis aspectus/& contempla tio penitus auferatur: deficit Christiani nominis gloria: cœlum relictum est/Itur in viscera terræ/obscœnita/tes/tenebrasq; inertes/fideles/atq; infideles/boni/mali ue/docti/atq; rudes: nobiles/atq; obscuri/nullo discrimi ne aguntur/nec est qui recte/riteq; Christianę dignita ti consulat/atq; saluti/nisi tu insurgas/atq; iusto Dei iu/dicio opem feras Sacratissime/& potentissime Regum. In quo vno summa sunt omnia/vt paucis agam/quæ ad Reipublicæ Christianę/ferme iam obrutę/quæ ad pro pe lapsum veri Dei cultū/ne id fiat/q̄ ad Imperii Chri stiani dignitatē/atq; amplitudinem tuendā p opportuna accomodari debere videātur: Neq;.n.absq; diuinorū ho minū/ac potius Deorū omniū consilio/factū est/vt vni/uersæ Christianę salutis mun⁹/atq; Prouincia/tibi vni delegata sit/& autoritati tuæ cōmendata. Nam cum il le/qui res hominūq;/deumq; Æterno regit Imperio/cō uersus oculos/huc prospexisse videatur: huius redinte/grationem tuę Maiestati/quasi alteri Salomoni templi Hierusalem extruendi facultatē contulit/atq; dedit/&

quod ingēti

quod ingenti desiderio affectus Dauid adoriri non po
tuit/a Salomone filio factū iri iussit: Ita & ad id operis/
atq; negocii: quo Christiana religio/iam labās/atq; obru
ta/malis emersura est/cuius instaurandæ ingens tui Pa
tris Sacratissimam Maiestatem cura incesserat Diuina
illa Prouidentia Te potētissimū Regē accingi voluit:
& quicquid ad eius muneris integritatem accedit/hoc
ipsum totum tuæ Maiestati adiecit. Nam etsi multa/&
pœne infinita ad horum omnium molem opportuna vi
deantur/duo satis est palam ego omnes faciam. Hec
sunt Sapiētia/& Virt⁹. Ex his enim duob⁹/tanq̃ e duo
bus latissimis & profundissimis fontibus/reliquę omnes
facultates accedunt/atq; Vberius explicantur. Quę vt
vnus omnia possis/omnibusq; res tua superior extet/tuę
Maiestati Rex Christianissimę ab ineūte tua ętate/atq;
ab ipsis parentum visceribus/vt Salomoni supplicanti/
atq; exposcenti/Dii insita voluere. Quam rem infinitā
pęne inter argumentorum congeriem/his paucis atq;
firmissimis sum facile consecutus. Imprimis (neq; pro
fecto in horum explanatione quod primum exequar ma
gnifacio) Quia Carolo tibi nomen est/de cuius nomi
nis impositione apud maiores longe certe Clarissimos/
quadam diligentia atq; obseruatione habita est ratio. vt
non nisi fœlicibus quibusdam auspiciis: nomen cuipiam
imponerent. Hinc alii Bellos/alii Ptolemeos/alii Dio/
nisios/nostri autem Cæsares/Augustos: Traianos: Con
stantinos/suos Regesq;/Ducesq;/dixerūt. Nostra tandē
horum

horum omniũ æmula ætas: Diuino quodã numine acta: Clodoueos / Pipinos / Hildricos / Lodouicos / & demũ maioris mensurę Carolos Reges Serenissimos: atq; Christianissimos obsignauit: q / vt de quibusdã referã / Quemadmodũ Bellus / quod nomẽ apud Assyrios / Deũ sonat / atq; Ptolęme9 apud Egyptios fortis pugnator ĩterpretat̃. Cęsar quoq; q̃si Esar idest De9 / cui addita C littera / Cęsarum amplitudini Centũ annorũ numerũ p̃finiuit. Sic Carolũ a Cara / quod Arabũ lingua / fortẽ / atq; inuictũ significat / deduci / nõ ab re sum arbitratus. Qui in omni tua ætate / tãta semp / & animi / & corporis fortitudine vixeris / tãto tenore cõstiteris / vt nũq̃ te aduersa Fortuna deiecerit / neq; Læta / ĩdulgẽsq; reddiderit ferociorem / ac demũ nullus vnq̃ tã improbus labor / tuã Sacrã Maiestatẽ ab incepto detraxerit: Fortis ꝑfecto viri / atq; cõfirmatę virtutis argumentũ. Accedit & hãc ad rẽ Christiani nõis / cuius primatũ geris / Sãcta Religio: qua & p̃teritorũ / & p̃sentiũ oĩum / memoriã antecellis. Mai9 multo quoddã / ac diuinũ ꝑfecto his adiectũ cõstat: quo Illustrissimos viros / Excelsos Principes / Serenissimos Reges / & reliquos / quorũ cupido ĩcessit aĩo glorię cõsequẽdę / donari / ac pornari / Maiores nostri / ꝓ illorũ gloria immortali voluere. Hec nonnulli Insignia / alii Scuta / alii Trophea / alii Vexilla / alii Stẽmata / alii Triumphalia arma / diuersa nõis appellatiõe / dixerũt: Quę nõ ab re / qm ĩmo ꝓ rerũ / bene / magnificeq; gestarũ meritis / ne laborẽt in obscurũ / amplis honorib9 / hoĩesq; / Deosq; afficiũt:

vt iam

vt iam satis laudis/atq; glorię/se se adeptos intelligăt/q hec reportauerũt:qa honoris/& Laudatiõis loco celebratũ sit:Romanos rerũ dominos:gentẽq; togatã/Aqla a Iulio Cęsare ornatos/cõi oĩum fama vulgatũ est:q̃ copias inter armatorũ in caput Cæsaris residẽs/duos coruos hinc/atq; hinc illi molestiam inferentes affecit:q́ cũ summa oĩum admiratiõe factũ est. Hanc Iouis alitẽ poetæ confabulãtur/vario quidem colore:quem Mercurio ascriptum ferũt obductũ/quadam nigredine superfuso. Quod cũ Augures aĩaduertissent/vi quadã/belloq;/dolisq;/& calliditate/Cęsarẽ regnaturũ vaticinati sunt. Excelsę autẽ Maiestati tuę Rex omnium sublimissime/ex Christianissimis ꝓgenitoribꝰ tuis/Liliũ Aureũ diuinitꝰ oblatũ ẽ:qđ Cęsio/siue Lazuleo(vt aiũt)in cãpo Veneri dicato(qđ dicũt) haud lõge a portẽto quã maxĩo ĩpssum est:Quod certissimo Deorũ cõsilio factũ/oẽs eiꝰ tẽpestatis hoĩes ꝓspectũ habuere. Neq; ꝑfecto neqcq̃. Nã vt nullis florũ/quẽadmodũ in naturali historia Pliniꝰ autor est/excelsitas maior/sic nullũ tuo maius Impiũ/nullum dignius Regnũ inter mortales compertum est/aut pluris factum. Hoc etiam atq; etiã Liliũ Phœbo/quem suam propter Excellentiã/Solem appellãt/dicatũ esse Maiores nostri/vno ore testati sunt/& q̃druplici colore/Rubẽte.s. Albescẽteq; Auro/atq; nigrãte productũ volũt. Quod ꝑfecto Impiũ tuũ Serenissime Regũ/& Sapiẽtia Aureo Lilio/& amore/nõ vi/nõ dolo malo/Cęsiũ propter campũ maximũ/perpetuũq;/diuino certe nutu

factum/

factum/haud facile arbitrati sunt. Ob quod Aureũ Phœ
bum/Celsa Sede/ac medio locatum cœlo putauere. Nõ
enim rubẽs Lilium/tanq̃ minutissimi Regni nuncius/
oblatum est/terrestres inter vmbras obuersans. Nõ al
tius Album/quia nulla Triũphali expectatione consi/
steret. Sed laboris quodam studio affectu/prodeundi li/
centia auspicati sunt. Non tandem Nigrum datũ est/
ꝙ Aquila nigro suffusa colore Cæsarum Imperiũ de
fecturum cauebat: Ita Francorum perpetuas imagines
collapsuras effingeret: quæ Diuina prouidentia æterno
in gradu constitutæ sunt. Non itaq; in dubium verti li
cet: Aureo Lilio Serenissimam proauorum tuorũ Co/
ronam perornatam esse: quo excellentius/atq; insupera
bile eorum Regnum facile monstraret. Mensa quoq;
eorum Sacratissima quam greci δ.οδεκάθεων vocãt
macta indies. Vnde Frãcorũ Regi Christianissimo co
gnomen est/memoria viueret sæculorum omnium. In
qua bissenos viros Deorum habitu discubuisse cõuiuas/
Inclyta Fama vulgatum est. In cuius radicibus stabili/
ta tua nunc Regia Maiestas/ex omni eius æmula par/
te/omnem Christianam rem/prope labantem/vt tueat
atq; instauret/Diuino Instituto producta/& in hãc vsq;
ætatem nostram conseruata est. Habes itaq; Regum
omnium Christianissime/a Patre/proauisq; tuis/Sapiẽ
tiæ munus/quæ res omnes tuas Sanctas effecit/atq; ab
hominum iniuria saluas/quæ te inuictum atq; Immorta
lem reddet. Hec inq̃ Maiestatem tuam instruit/nõ sinit

errare/non

errare/non labi/nec vllo illa Temeritatis impetu te af
fici patietur/decebitq; quo pacto/quoq; iure/Regnum
tuum/atq; Imperium/sustinere/tueri/atq; ad Immorta
litatem vsq; augere queas. Hec de priore mẽbro di/
xisse satis sit:Nunc secundũ attingamus operæprecium
est:quod Virtutem esse diximus:quã secum Sacra Ma
iestas tua a Matre/vlla sine hęsitatione contraxit:quod
nulli vnquam Francorũ Regi/quouis fato/concessum
est.Quãdoquidẽ ab Illustrissima/atq; Serenissima Ma
tre tua/quanto diuino consilio fieri potuit/Crucis Al
bæ Vexillum in Campo Martio Maiestati tuæ oblatũ
est/atq; concessum.O diuinorum Cõsiliorum abyssum.
O Infinitam/Diuinamq; Prouidentiam:qua sicut tuis
Progenitoribus Serenissimis/Amore/& Sapientia/Re
gnum/ampleq; lateq; fuit.Qui etiam ob Diuinam illã
Sapientiam/quã Christum appellamus/in Paganorum
sæuissimã rabiem sunt conuersi:atq; se se pro Christiana
Republica deuouere:sic ex Illustrissimo Sabaudiæ/In/
clytoq; genere/Scientiam/atq; Virtutẽ Maiestati tuæ
Sacratissimæ innatã non inficiari fas est.Quarum alte
ram/Alba in Cruce Triumphalem/Alteram in campo
Martio expositam cõstat. Neq; profecto in ambiguum/
obtusumq; trahi fas est:Cruce ipsa quia argento cõsen
tanea sit:quæ signa Victoriæ refert/speciemq; Triũ
phi/Scientiã/Virtutemq; referri.Hinc illud dictũ est.
In hoc signo vinces:atq; Spiritu Sancto afflata Mater
Ecclesia cõcinit/dicens. In nationibus regnauit a ligno

Deus.& inde. Pãge lingua gloriosi Præliũ certaminis: & super Crucis tropheum dicitis/ Triumphũ nobilem: & reliqua: de quibus ẽt Pelignus ille Poeta/ rerum diuinarũ profecto non ignarus/ inquit. Postq̃ Saturno tenebrosa in Tartara misso/ sub Ioue Mundꝰ erat/ subiitq; Argentea proles: Prolem argenteam dixit eos: qui scientiam suo omni studio cõplecterentur/ dum quadã Philosophica ratione vellet significari/ quæ ad Aureæ ętatis: quæ solam Sapientiã ferret adiumentum/ & Inferioris mundi integritatẽ accederet. Quãdoquidem nõ tãtum Contemplatiua/ verũ & Actiua/ & ciuili vita viuẽdum foret. Martius autẽ campus/ q̃ imaginẽ virtutis æmuletur/ nullus mẽtis/ & bonarũ litterarũ cõpos est/ quem lateat. Armis enim quæ Philosophãtes fere cũcti/ vna voce/ Marti/ haud ab re/ dicata voluere/ & Corporis Vim/ & Animi Virtutẽ cõstare/ oẽs palam factũ est/ quæ pro Sapiẽtiæ vsu/ diuina hominũ generi Prouidẽtia ꝓcurauit. Quid nã Sapiẽtię Splendor? Quid diuinarũ rerũ contẽplatio? Quid de humanis rebus cõsultatio? vel laudis/ atq; glorię/ vel cõmoditatis afferrẽt si virtus deesset/ cuiꝰ auxilio/ atq; opera/ ad effectũ vsq; cõsultationis accedere operępreciũ est. Fit nãq; /vt suis in effectibus/ manca/ deficiensq; Pulchritudo Sapientiæ torpescat. Defectus enim Virtutis/ ęgritudo est Sapiẽtię: quãdoquidẽ vbi opꝰ est facto/ constãte quodã Animo pro rerũ oĩum ĩtegritate/ celerẽ actũ induci oporteat. Hec itaq; triumphalia ornamẽta adepti Sabaudiæ Principes/ Ducesq; Illustrissimi Diuino quodam fato/ fœlicibus Auspiciis/

Cœloq;

Cœloq; iubente in Serenissimum/atq; Christianissimũ Francorum Regnum/Matre tua monstrãte viam/Rex Christianissime intulerũt:perpetuoq; fœdere inter se/ ex omni pectore creditum est:In teq; vno insita Rege. Quo factũ est/vt Iusto/ac certo Dei cõsilio/instaurãdæ Christianę religionis Munera/in hoc vsq; tempus/tibi vni delata/& cõseruata/& ea in te vno exposita sint:quę ad huius Prouinciæ molẽ/cõmuni eorũ omniũ iudicio/ qui ad Diuinarũ/atq; Humanarũ rerũ cognitionẽ/sua pene oĩa studia cõsumpserunt/ꝑ opportuna accedant.

Ad quã rẽ penit⁹ exigẽdã/atq; terminãdã quo tuę Maiestati Regię facilior adit⁹ pateat:omne Sabaudorũ Imperiũ/& quod Transalpinũ est/& quod Cisalpinũ/vici oẽs/Oppida/Villę/Castella/Ciuitates/Sacraq; eorum oĩa Penetralia/& demũ qcqd illis/atq; Ditiõi suę tũ Labore/& studio/tũ Industria/atq; Fortũa/virib⁹ simul/atq; Virtute partũ ẽ:Id ipm oẽ/añ oẽs gẽtes mundi/Nationes/Sectas/Regna/Dñia/& Prĩcipat⁹/ꝓ tuę Maiestatis Arbitrio/atq; vsu aptũ ẽ/atq; expeditũ. Atq; vtinã id ipm/vl' Natura/vl' arte/Illustriss.Prĩc.nr̃o Sabaudię Duci/adhuc lacteos dies/atq; in Fasciis/Cunisq; prope agẽti/& Sapiẽtiæ/& sermonis cõcessum esset/vt quãto Amore/quãtoq; Cultu/& Veneratiõe Maiestatẽ tuã ꝓsequať/atq; cõplectatur/posset verbis exprimere:Ostenderet ꝑfecto Is nullũ vnq̃ hominum/nullum vsq̃ Principem/nullum Populum/aut deniq; singularem/& amicum/& Affinem maiore Amore/atq; Fide: maiore

Carolo Octauo Gallorũ Regi.

Promptitudine / atq; Obsequio / tuam erga Sacratissi / mam Maiestatẽ / se ipsum anteire: quod pace omnium di / ctum velim: Neq; profecto vertitur in opacum / cũctis in reb⁹ / siue illæ leues sint / siue arduę / naturã fallere ne minem: quæ arte adiuta præstãtiores producit effectus / & quidẽ hoc palam quisq; potuit intelligere / quãta Ca ritate / quãta Animi Sinceritate / quanta Fide / quantaq; ipse Innocentia cũ Sacra Maiestate tua egerit: Tuaq; Sacra Maiestas illum complexus sit. Est enim Affinita tis nomen / Dulce / atq; suaue / est Blandum certe / atq; Fidum. Sed Diuturnius / Iucũdiusq; Amicitiæ Viribus perornatum / decoreq; illustratum. Quæ omnia in vnũ relata / rebus certe omnibus / non salutem solũ / atq; diu / turnitatis fundamenta ferũnt: verũ Decorem / atq; Vo luptatem. His nãq; agri: his Vrbes / his Regna / atq; Im peria: his demum / & priuatæ quæq; Res / & Publicæ constituuntur / & conseruãtur: quæ singulari Amicitia / indissolubiliq; Affinitate iunguntur. Quæ nulla vnq̃ tam dura ætas / tamq; in æuum ducta / aut tollit / aut la befacit. Verum nulla tam ardua Vis / nullus tam Malus dolus / nulla Inuidia / bonarũ omnium rerũ Inimica / nul la tam aduersantiũ animorũ Coniunctio / aut diminue re / aut intersecare potest. Ac poti⁹ / vt alta firmis arbor stabilita radicibus / quãto Ventis Acrius cõcutitur / tan to firmius hæret Innixa. At ne diuti⁹ insistam / atq; nul lum mea tedium pariat oratio: Ego Rex Christianissi / me ipsius Principis mei Illustrissimi / nomine omne fu /

turum

turum ſtudiũ ſuũ·omne officiũ/omnem deniq; operã/ad Amplitudinem tuã nõ cõſeruandã ſolum/ſed ad augendam perpetuo offero/atq; polliceor:necnõ vniuerſas vrbes ſuas/Populoſq;/& cętera Ditionis ſuę ornamẽta/ac demũ Corpus ſuum/& Animã:quibus illi nihil præſtantius eſt/nihil carius/addit. Tuq; illi Rex Chriſtianiſſime tutor bonus ſis/atq; protector/prout Affinitatis iura/& Amicitiæ poſcunt. Idq; omne Lubẽs/benignoq; pectore ſuſcipias/cõtineas/amplectaris/& foueas/tuaſq; inter delitias habeas/orat. Quod agentibus Diis omnibus/atq; hominibus ita Maieſtati tuæ coniunctum eſt/ita alligatum/ Vt illud nequeas præterire/niſi pri⁹ res tuas omnes neglexeris/ab omniq; humanitate/atq; naturæ tuæ delitiis/te lõge feceris alienũ/Ac ſimul a Deo optimo Maximo in cui⁹ manu omnia ſunt poſita/ Sereniſſimos oculos tuos abdideris.

Petrus Cara Aymoni de Montefalcone/ Epiſcopo/& Principi Lauſanenſi. S.P.D.

ROgaſti me/& ſæpius Reuerentiſſime Pater:vt orationẽ quam prę heſterno veſperi in publicis/atq; frequentibus vtriuſq; Galliæ Sabaudianę comiciis:& corã Illuſtriſſimo/Diuoq; Principe/atq; Duce noſtro Philippo/publicam habui:ad te vnum imprimis mitterem. Ego etſi intelligam rem agreſtem incomptam/inornatam/& demum omnino indignã/quæ

prodeat in conspectum tuum/malui tamen tuæ potius Autoritati morem gerere/q̄ si recusauero/negligētię/ vel Ingratitudinis accusari. Cum enim pro tua singulari erga me beniuolentia: tātum tibi debere me sentiā/ quātum alteri consularis dignitatis/& ex ordine nostro Senatorio nemini: Nihil profecto tam arduum censeo: quod tui cā/libens non aggrediar. Et hoc quidem libentius nunc aggredior/ꝙ mihi persuadeo: orationem non parum dignitatis/atq; precii tua autoritate suscepturā. Nosti me extempore/& iubēte tunc Senatu/haud longa meditatione/vt par erat/Illam habuisse: nosti quo ferebar spiritu/cum in tali/tantoq; Principū/ Oratorū/ Heroum/Procerū/Optimatū/Populorūq; conuētu publice dicerem. Sed iam rem ipsam celeri/ velociq; calamo/e fragmentis nostris in vnum cito congestā/fœlici oculo lege: & ita lege/vt perlegas quæso: cui⁹ examini/atq; censuræ omnia subiicio. Interea vale totius Nobilitatis/atq; Præsulum nostri temporis decus. Ex ædibus nostris Taurinensibus inter publicas/priuatasq; occupationes q̄ celerrime. xi. Iunii. M.cccc.xcvi.

Petri Caræ. I. V. Doctoris/ & Comitis/ Ducaliſq; Sa/
baudiæ Senatoris PANEGYRICVS Illuſt. Di
uoq; Pricipi Philippo Sabau. Duci in publico/ Cõiq; Cę
tus/ Heroum/ Procerũq;/ Conuẽtu Taurini Dictus.

HErcules/ Iouis Maximi filius/ vt Dion/
Poetæq; tradũt/ cũ Thebis adoleſcẽtu
lus educaret/ a Mercurio ĩ mõtis quodã
cacumẽ excelſum ꝑduct⁹: duos vertices/
quorũ alter/ Regius apex/ alter Tyrãni
cus vocabat: Admirat⁹ Rogare Mercu
riũ cepit: vt quæ illic erãt mirãda videret: & illorũ dif
ferentiã intelligeret. Oſtẽdit illi Mercuri⁹ ex alto/ Mu
lierẽ quandã pulcherrimã/ ſplẽdido comitatu/ Illuſtri ſo
lio ſedentem/ veſte candida/ ſceptrum tenentem/ nõ ex
auro/ argentoue/ ſed ex alia quadam puriore/ clarioreq;
materia/ Facie admodum veneranda/ ac læta/ qualẽ Iu/
nonem deſcribunt. Locus quietẽ/ fauorẽq; pollicebatur.
Omnia hic frugibus/ oĩa animalibus plena: Aurũ/ Argẽ
tũ/ Gẽmæ/ æs/ ferrũ/ ibi coarceuata/ quã cũ Hercules vi
dit/ Mercuriũ iterũ rogat. Quæ nã ea eſſet: cui/ Hec eſt
(inqt) beati Regni Regina/ tũ Hercules/ Quę nã ſunt
alię Mulieres: q̃ eã circũſtãt/ adeo formosę/ adeo Magni
ficę. Hec inqt a dextris ſedẽs/ IVSTITIA eſt pul/
chritudine plurima/ atq; mãifeſtiſſima ſplẽdens. Ex alte
ra parte mulier admodũ ſpecioſa/ delicata/ ſuaue ridẽs/
PACEM eã vocant. Mulier vero/ quę ꝑpe Reginã/
ac iuxta illius ſceptrũ ſtat/ cana/ Robuſta/ Magnanima/

LEX dicitur: qua sine nihil illis facere licet / nec cogitare. Hinc posteaq̃ in alterũ / & Tyrãnicũ apicem descenderunt: Specta / inquit Mercurius / eam / quã plęriq; mortales tantopere adamant / pro qua tot / tantaq; negocia / bellaq; suscipiunt / cædes moliuntur: Tramites / & aditus eius omnes sunt sanguine / & cadaueribus pleni / TYRANNIDEM vocãt / se se Regno affigẽtem / & altiore solio / vt videbatur / auro / ebore / electroq; sedẽtem / Multa illi Sceptra / multę Tiarę / multa in capite Diademata. Verũ sedẽs quiescere non poterat / nũc timens / nunc anxia / nunc admodum effuse ridens / mox rursum lugens: Circa eam mulierũ turba erat / non qualem supradixim⁹: Sed AVARITIA / CRVDELITAS / IMPIETAS / AMBITIO: quę illã disperdebãt. Quæ cũ singula prospexissent / Mercurius Herculẽ percunctatur / vtra sibi earũ placeat? Alterã / inqt Hercules / priorẽ scilicet vehęmẽter / & admiror / & diligo. Vereq; m hi Regina esse videt: Posteriorẽ vero hanc Tyrãnidem Inimicissimã / scelestissimãq; existimo / quã perlibenter ex hoc scopulo præcipitẽ darem / penitusq; abolerem. Id cum Mercurius intellexisset / Ioui renunciauit. Iupiter Herculem totius humani generis Imperio dignũ censuit / qui vbicũq; Tyrãnidem / Tyrãnũue ĩtelligeret / suppliciis afficeret / ac prsus extinguere: Vbicũq; vero Regnũ / Regemue Iustũ honore prosequeretur. Vnde Hercules Seruator hominum est dictus / quippe qui semp iustos / bonosq; fouẽs / ingentes pro

Republica

Republica labores/& supra humanā potentiā pertulit.
Diomedē/vt reliquos omittā/Thraciæ Tyrānum/qui
Equos humana carne depascebat/opp̄ssit. Cacū furē/&
subdolū/qui ignē ex ore euomere dicebat/subegit. An
theum Libye gigantem/& Corporis robore nemini ea
tempestate secūdū/ad Pugnā prouocatū/peremit. Cer
berum illū tricipitē/homines deuorantē/cathenis vin
xit. Leonē Nemeū indomitū/& prouinciā omnem de
uastantem/manibus compræhēsum/suffocauit. Stimpha
lidas aues/quas alii Harpyias vocāt/finitimarum regio
nū fruges absorbentes/ac toto orbe fœdissimas expulit.
Hydrā Lerneam/e cuius corpore centū quoq; serpen
tum ceruices prodibāt/& singulis earū cæsis/duæ rena
scebantur/extinxit. Centauros (vt breuib⁹ perstringā)
contriuit. Laomedontem Phrygiæ Regem interfecit.
Ilion ciuitatē euertit. In vltimis terrarū finibus/& Ga
dibus/terminos/colūnasq; apposuit. Atq; tandē post alia
multa: q̄ oīa poetę decantāt/Cœlū humeris/colloq; sub
stinuit. Sed cur hec tā lōge repetita cōmemoro? Her
culis mihi memoriā renouauit Philippus Dux noster ex
cellētissimus/Qui cū ab ipso imprimis Hercule/tum a
Philippo/& Alexādro Macedonię Regibus/a q̄bus Sa
xones/& Sabaudiani Prīcipes lōga serie defluxere/vt
originē/sic & virtutē ducat. Ita p oēs vitę suę p̄tes/Ma
gnifice/glorioseq; semp vixit/vt Herculē/& reliquos
Illustrissimos progenitores suos imitat⁹/Herculea/Sa/
baudianaq; virtute/Iustū semp Impiū/& Pacē cōtinuo/

Legesq;

Legesq́ coluerint. A Tyrãnide vero/Auaritia/Iniuriis/ atq́ Ambitiõe semp abhorruerit. Et demũ infinitos La bores pro Republica ipse quoq́ ꝑtulerit. Cũ enim Lu douico patre/Duce nostro Illustrissimo/atq́ Clemẽtis simo/& Matre Anna Serenissima Cypri Regina/in Purpura atq́ Regalib9 delitiis natus/ad Virtutes do mi educaret/Spretis Illecebris/& domesticis Blãdimẽ tis/Virtutẽ ipsam/& foris quoq́ sibi eẽ sudore parãdã/ putauit. Cunabula vix egressus Carolo Septimo Frãco rum Regi/virtutis causa tantũ adhęrẽs/tot/tãtaq́ prę claræ Indolis/& Probitatis iecit fundamẽta/vt esset in omni Gallia/nõ modo Regi Charissim9/sed apud oẽs Expectatiõis admirãdę/ꝓpterq́ diuię. Carolo Septimo vita functo/Ludouicũ quoq́ Regẽ Sororiũ suũ acerri/ mi Ingenii Principẽ/Cui ab Hispanię Rege bellũ mo tum erat/auxiliatib9 copiis/ꝓsidiisq́ sequutus: Dux belli cõtra Hispanos ea ætate/veluti Scipio cõtra Carthagi nẽses/declarat. Ad Parpignanũ subinde Vicerex crea tus/& diu/fortiterq́ dimicãs/præclara/multaq́/& Insi gnia ei9 admirãdę Virtutis testimonia gessit. Quibus Hispanorũ Regi formidolosus/Hispanos attriuit. Aqui taniã nobilẽ/& antiquissimã Galliarũ partẽ/cũ illi Vi cerex quoq́ ꝓfuisset/pacatissimã/quietissimãq́ Ludoui/ co Regi restituit. Leodiẽses/quos Carol9 ille Celebra tissimus Burgũdionũ Dux/ęterna clade nobilitauit: Ita viribus/atq́ armis Philippus expugnauit: vt prim9 an te omnes alios/Mœnia/& muros vrbis ingressus/coro

na murali

na murali donatus/Immortalem ſit eo bello gloriã cõ ſecutus. Germanos ſibi fœdere/& amicitia antiqua de uinctos/ſæpe confouit. Delphinales/& Gabienos/Regia poteſtate/atꝗ autoritate diuinitus gubernauit. Iam ve ro in Italia qualem ſe geſſerit? Cum multa/& ſæpe alias Magnifice/Splendideꝗ geſta abunde declarent/ Tum proximum/atꝗ recẽs bellum Neapolitanum/ In quo veluti Hercules alter inuictus per omnem Italiã/ Carolo Octauo Gallorũ Regi: ſibi ex Sorore Carlota nepoti/& armis/& conſilio/ſupra q̃ dici/excogitariue poſſit/ſemp affulxit. Dii boni qualẽ Florẽtię: qualẽ Ro mæ/qualẽ Neapoli/& ĩ omni Parthenopea illa regiõe/ ac *Sicilię* regno recuperando ſe præſtitit? Qualẽ inq̃ contra Genuenſes/quos terra/mariꝗ cõflixit? Pulchrũ eſt audire/Pulchrius erat videre Philippũ Principem noſtrũ Excellentiſſimũ/illa oris/atꝗ vultus Maieſtate/ prolixa barba/maturo conſilio: tum enſe ſtricto/& cla/ ua/atꝗ armis ſupilluſtrem/ante alios ſemper eminere. Quẽ Itali illi/nõ vt ex Humanis Principibus vnũ/ Ve rum numen quoddã cęlitꝰ miſſum/& Semideũ in terris putarent/& admirarentur. Nouit altũ/& ſublime eius ingeniũ Alexãder Sextus Pontifex Maximus qui ho/ die ſedet/& Chriſtũ gerit in terris: qui cũ oĩa/& belli/ & pacis conſilia ſecum Romæ ſæpius contuliſſet: Cal lentiſſimum certe Principẽ/& belli/atꝗ pacis artibus ſapientiſſimum iudicauit. E cuius Cõſilio/& prope diui na Sapientia/atꝗ Animi Magnitudine/totius orbis

gubernacula

gubernacula contineri posse sit arbitratus. Nec immeri-
to: id enim multis, & infinitis pene exemplis saepe didi-
cim9. Superiore autem anno nostra, icredibili, Patriaeq;
salute, certe sumus experti. Cum enim Nouaria, longa
obsidiõe laboraret, & validissimi, atq; robustissimi Gal
lorum, & Italorum exercitus: & quales fortassis trecen
tis annis in Italia visi non fuerãt, mixtis vtrinq; Helue
tiorum, atq; Germanorum copiis constitissent, & colla
tis iam signis, ad pugnã essent accensi, & ita accẽsi, vt de
viribus, & gloria totius Italiae agi videretur, omniaq;
formidolosa, & sanguine humano, eoq; nobilissimo, & ca
daueribus, iam plena fore viderentur: deq; nostra, & Pa
triae salute non parũ dubitarem9: Dei Clemẽtia, & vni9
Excellentissimi Ducis nostri Philippi cõsilio, atq; Sapiẽ
tia factum est: vt sublatis fluctibus, sublatoq; bellorum
turbine: sedata omnia, pacataq; statim conquieuerint.
O Summã Dei bonitatẽ. O Incredibilẽ Philippi Du-
cis nostri Sapiẽtiã: quae nos, Patriã, Penates, tot discri
minibus, atq; piculis liberauit. Taceo nũc quos labores:
quas aerumnas pro dignitate Sabaudiani Imperii, pro
Republica, & bonorum omnium defensione, saepe su-
sceperit: Quot tumultuantes fluctus saepe sedauerit,
qui duos, & triginta annos terris iactatus, & alto, vi su
perũ: saeuae memorẽ Iunonis ob irã, Multa quoq; & bel
lo passus: Per varios casus, per tot discrimina rerũ: vene
rit in latium, sedes vbi fata quietas ostendunt: & hic fas
regna resurgere Troiae. Natus erat, natus inquam

erat Philippus

erat Philippus ad sceptrum. Imperium hoc/vt iure sanguinis/ita nutu dei/ & populorũ/illi aliquãdo debebatur. Illud omnes ab ineunte etiam ætate pręsagire videbantur. Memini cum & ego essem adolescens/ac ꝑ reliquas ætatis meæ partes/si quando in fines Allobrogum/Taurinorũq; venisset/vel hanc Cisalpinam Prouinciam/Principis/aut reipublicæ causa/reuisendã esse putasset/Magni omnes/Parui/Decrepiti/Senes/Iuuenes: Infantes/Mares/Fœminæ: Virgines: Innuptæq; puellę/venienti/vicatim/turmatimq; obiter ibãt/& magno applausu/atq; ouatione quadam incredibili assurgebant: Philippum/Philippũ conclamabãt: Supra cœlum laudibus illum ponebãt: Diuinos/& humanos Honores impendebant: Et veluti terrenũ quendã Deum intuebantur/colebant/venerabantur: admirabantur. Aiebant illum ab vtero matris/Cruce Alba insignitum/sicq; genitum/& procreatum Crucẽ ipsam Candidam/Crucẽ Agni Immaculati/præclara maiorum insignia/pectore illo Heroico/Herculeoq; gestare: & futurum qui Imperii Sabaudiani decus/dignitatẽq; seruaret: & aliquando Illium in Italiam referret/Sacrosq; Penates. Cum igitur tandem/volente Deo/obitu charissimi & Innocentissimi Nepotis Illustrissimi Caroli/Ioãnis Amedei Infantis/& Ducis iam nostri/Philippus nunc Dux excellentissimus/ad Imperii & Ducatus culmẽ/Summo optimatum/Populorũq; consensu/& iure legitimo/atq; successorio sit euect⁹: quod illi fœlix/faustum/fortunatũq; sit: Diiq;

sit:Diiq͂ꝫ sibi/& nobis per omnia bene vertant:Superest vt Deo Immortali/Immortales quoq͂ꝫ si fieri põt/gra/tias habeamus.Nã & Carolo Ioanni Amedeo bene cõ/tigisse:& nobis Diuinã Maiestatẽ recte cõsuluisse/fatea mur est necesse.Ille enim miræ indolis/mirę q͂ꝫ spei puel lus Princeps/a Deo optimo maximo reuocatus/& cum Prĩcipibus populi sui/in cœlis collocatus:nũc Angelus/& inter Angelicos choros coruscãs/pro Sanctissima Ma tre Blãca:pro Philippo patruo Duce/ꝓ vniuersis sub ditis/populisq͂ꝫ suis/Deũ ipsum (vt pie credimꝰ) assidue ꝓcat/& exorat Immortalẽ. Nobis vero diuinę ꝓuidẽ tiæ lumẽ affluxit.Philippũ enim/vero Sabaudiæ sangui ne natũ/ac legitimũ in Ducatu successorẽ/& Principẽ nobis/ac Ducẽ/patrię q͂ꝫ Patrẽ dedit.Grauẽ q̄dẽ illum: Maturũ/& Rerũ vsu/atq͂ꝫ experiẽtia Sapientissimũ:q̄p pe q̄ salẽ ab aliis nõ sit emptorꝰ/Sed illũ vendere possit/& sapientibus:Et qui principatũ bene gerere iã ita didi cit/vt nihil sit/quod ab alio discat. Venit tẽpus/quo ta/lia/tãtaq͂ꝫ & corporis/& animi/atq͂ꝫ fortunæ bona:Quę illi partim natura peperit/partim exercitatio/atq͂ꝫ dili/gentia cõparauit/ad cõmunẽ Reipublicæ/& subditorũ vtilitatẽ cõferat.Credo illum a natura ita natum/& in hec vsq͂ꝫ tempora conseruatum/& auctum esse:vt rebus fessis/subditisq͂ꝫ/& populis tandem subueniret.Soleo sæ pe mecũ repetere priora illa/aurea/atq͂ꝫ fœlicia tempo/ra:quibus Diui illi Sabaudiæ Principes/Principatum adepti/Imperium indies propagabant:Nullus erat im

probis

probis locus: Omnia virtuti debeant: Pace/potiusq̃ Bello/Consilio/priusq̃ Armis omnia experiebantur. Sic Ludouicus Pater Dux noster iampridē Clemētissim⁹: sic Amadeus Auus Ducū omniū/qui sunt/vel fuerūt vnq̃/Prudentissimus: sic Amadeus Proauus: sic Amadei alii perplures: sic Humberti: sic Alii excellentissimi oēs/& ꝓpe diuini Sabaudiæ Prīcipes: quos recensere longissimū esset. Sic Philippus ille etiā Sabaudiensiū Princeps a quo Duci nostro Philippo nomē est inditū: qui posteaq̃ Innocētio q̃rto Pōtifici Maximo/ Flisca gēte nobili nato/ꝓ dignitate Ecclesiæ opē ferēs/Malatestas/ Vrbinates/Camerinatesq̃ deuicit/Burgondionū Principis vnicā natā desponsauit/& vtroq̃ Imperio. Sabaudiano. s. & Burgōdionū potit⁹/maxima oīum tranquillitate/fœlicitateq̃ regnauit: Illa eadē nūc tēpora aduētasse vidētur. Et id cōsilii ꝓpe imitatus Philipp⁹ Prīceps noster prudētissim⁹: de m̄rimonio īter Philibertū ei⁹ Primogēitū Prīcipē n̄rm Pedemōtiū Supillustrē: atq̃ oīb⁹ certe Iocūdissimū/& Inclytā Iolāthā supexcelsi Caroli/atq̃ Sāctissimæ Blācę natā/cogitauit/& iam fœlix/fausta/fortunataq̃ Sacri illius connubii dies nobis illuxit: qua Philibertum & Iolantham/veras Illustrissimorū Sabaudiæ Ducū radices/atq̃ imagines Matrimonio sancto copulari videm⁹. Sed o Dii Immortales/q̄d meli⁹/q̄d sancti⁹/quid prope diuinius hac tempestate effici potuisset? Nullum profecto vinculum/nulla fides/nullum sacramentum/ad societatē/pacēq̃ seruandam accōmodatius.

Hoc vinculo

Hoc vinculo eadē die/Romæ. Sabini hostes/ciuesq; fue runt: Hoc idem Cæsaris/& Pompei animos abalienatos mitigauit. Hoc fœdere Eolum ventorum Regē/Iuno in Sua vota reduxit/dum inquit. Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ: quarum quæ forma pul/cherrima. Deiopeam/Cōnubio iūgam stabili/propriāq; dicabo/Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat: & pulchra faciat te prole parentē. Sapientissime igitur Philippus Philiberto/ Sapientissime Blanca Iolanthæ/vterq; sibi: ambo nobis consuluerunt. De quorum Laudibus atq; Splendore/etsi multa/itemq; multa/pręclara quidem illa/& Illustria dicēda se se offerāt/vt illa tamen in præsentiarū omittam⁹/& angustia temporis/& Celsissimus iste Principum/Oratorūq; conspectus: ac rerum agendarū moles adhortatur. Interea tamen lætandum nobis iure censeo. & hoc fœlici cōmuniq; bono congratulādū. Gaudeam⁹ igitur omnes/exultem⁹/& lętemur in domino/diē hunc festū celebrātes: Deūq; piis votis/atq; supplicationibus oremus/vt Philippum Principem nostrū Illustrissimū/ Sanctissimam Ducem Blancam/Philibertū & Iolanthā/sponsos/& Principes superillustres/diutius nobis/& protegat/& cōseruet incolumes. At nec illud quidē ad publicæ leticiæ cumulū prætereūdum puto/Instituisse Ducē nostrū Philippū Illustrissimū/quod illi gentile/atq; peculiare semp fuit: Ante omnia Iustitiā colere: Paci/Quietiq; subditorum studere/& populos oēs suos/ab iniuriis/oppressionibusq; defendere.

defendere. Iustitiam Virtutum omniũ ait esse Reginã: sine qua non modo Regna diu esse non possunt: sed ea sublata (vt inquit Augustinus) nihil aliud sunt Regna, q̃ Latrocinia. Persarum siquidem Reges imitatus: qui tanta veneratione Leges, & Iustitiam habuerũt: vt etsi Sapientia, ac cæteris virtutibus, anteirẽt, indigni tamẽ Imperio, vel Regno viderẽtur: si, Iustitiam ignorarẽt. Agesilaus Rex cum audiret, Persarum Regem appellari Magnum, ait: qua re me maior, nisi iustior? Homerus Minoem Cretẽsium Regem aureo iccirco sceptro a Ioue optimo Maximo donatum cecinit: q Leges, Iustitiamq̃ coluerit. Iustitia, & Pax inuicem osculatæ sunt: si vnam facis, & alteram habes: dulce nomen Pacis. Et Iesus Saluator noster, quocũq̃ incederet: hac imprimis vtebatur præfatione, Pax vobis: & docens, in quãcũq̃ domũ introieritis, Primũ dicite, Pax huic domui, & moriens inquit. Pacem meam do vobis: Pacem meã relinquo vobis. Dii igitur Philippum Principem nostrũ Illustrissimũ, ad Nestoris annos seruent: Quo Duce: Quo Rectore: Quo Auriga, Iustitia, Pax, ac demum læta nobis omnia, prospera, & iucunda sunt speranda. Nostræ nunc partes erũt: pro tali, tantoq̃ Principe, paratos nos offerre: non conari: sed facere: non polliceri, sed præstare: non aggredi: sed perficere: quantum in nobis est, omnia, quæ ad illius Statum conseruãdum, atq̃ dignitatẽ amplificandã pertinebunt: Et nihil vnq̃ eius causa euitare. Non famem, non sitim: non æstum: non al-

 gorem:

gorem:non gladios/non enses/non mortē deniq̧ ipsam:
Quinimo illi canere. Tuus o Philippe quod optas Ex
plorare labor : Nobis iussa capescere fas est. Iussa certe
(vt ille inquit) sequemur quæcūq̧ dabis. Si nos ire per
altos Turcharum Populos iubeas:Si nos ire per Indos:
Perq̧ Getas. Si nos Libycos superare Leones Hyrca/
nasq̧ Tigres/ Si nos dare vella iubebis:& Scyllā/ & Syr
tim /& rabidā tranare Charibdim. Has aīas tibi semp &
a Iuuēilib⁹ annis Vouim⁹/ & excipiem⁹ ꝑ mille ꝑicula
mortes:Quicqd idest/seu pacis erit/seu fulmia belli. Im
peritare tuū est:Nos iussa volētes/libētesq̧ accipiemus/
Impīisq̧ tuis parere necesse est. Viuat Dux Philippus.

Petri Caræ Iurisconsulti/Equitisq̧ Cæsarei/& Comi
tis : Ducalis Sabaudię Senatoris/& Legati ad Maximi
lianum Cæsarem sacrum /atq̧ Inuictissimum Regem
Romanorum/& Imperatorē designatū Oratio/ in pu/
blico/frequētiq̧ Principum/& Oratorū totius Italiæ/
atq̧ Hispaniæ conuentu fœliciter habita.

CVpiebat Philippus Dux noster Cādidis
sim⁹:& supra q̄ dici/excogitariue posset/
certe flagrabat Maximiliane Auguste/at
q̧ Inuictissime Cęsar/sacrā istā Cęsareā
Maiestatē tuā/corā ipse videre:& ꝓ inna
ta sua in sacrū Romanū Impiū fide/atq̧
in Celsitudinē tuā obseruātia/ꝑsentē quoq̧ te colere:&
omni

omni Venerationis officio pseq(vt par erat)oino gestie bat. Posteaq̃ eni itellexit nõ i Germaia solũ/& Gallia/(q iapridẽ p eplas/& nũcios ẽ gauisus) verũ nup i Italia quoq/te salutatũ esse Cęsarẽ/& Regẽ Romanorũ: tãto gaudio:tãtaq lętícia pfusus fuit:vt incredibili voluptate/atq siti te vidẽdi indies magis/atq magis accẽderet. Verũ cũ volẽtibus fatis/vrgẽtissimis quoq rõnib9: neq Sacrę Maiestati tuę:neq sibi ipsi satis(vt optabat) in psentiarũ facere posse videret/quattuor nos ad Celsitudinẽ tuã Legatos misit:q & Cæsareę Maiestatis tuę culmini:& fœlici tuo in Italiam aduẽtu/gratulaturi/ea omnia/quę ab optimo Sacri Romani Imperii Principe erga Inuictissimũ te/& Augustissimũ Cæsarẽ/atq Romanorũ iã Impatorẽ designatũ/deberent/exhiberem9. Nos vero dũ mandatis Philippi Illustrissimi Ducis nostri parem9:nõ putauim9 tuę sublimitati molesti aliqd afferre:Si ego iter oẽs autoritate/atq eloquẽtia minor/ forte nũc quadã/hoc dicẽdi munus aggredior. Nam & Traiano quoq Impatori/laudi/& mẽoriæ tradũt sempiternæ:q is aliqñ cũ exercitu cõstiterit: vt mulierculam quandã/non audiret solũ/sed ẽt exaudiret. Et Agesilaũ Regem ferunt Raucos homines/& indoctos interdum libentius audire solitum:quo postea eruditis/atq eloquẽtibus magis delectaretur:Sicq cum Flacci Horatii sententiam ad vnguem seruaret/intelligeret: Quãtum intersit Dauus ne loquatur/an Heros/Colchus/an Assyrius/Thebis nutritus/an Argis. Theophrastus/post

Ariſtotelem/peripateticorum facile Princeps/ optime
ſanxit/apud Maximos quoſq;/atq; elimatiſſimos viros/
etiam rudes loqui poſſe:modo fide/& ratione loqueren/
tur. Audies nunc Præſtantiſſime Cæſar/non Eſchinis/
vel Ciceronis:ſed homũculi:& ſi non ſatis eruditi:ex fi
de tamen dicentis orationem/& eam quæ fortaſſis De
madis potius celeritatẽ/ꝗ Demoſthenis lucernã ſapiat.
Extempore enim mihi/& aduerſa valitudine laboranti
dicendum fuit:nullo apparatu/breui meditatione vti li
cuit. Verũ inter ipſas temporis/& rerum anguſtias/
ſuper omnia vehęmentius me recreat/& cõſolatur:tuũ
iſtud probum/& vere Regiũ Os:tua quoq; Regia iſta/
& ferme diuina Humãitas/qua ſicut reliquos mortales/
Gradu/& Dignitate / ſic etiã & Benignitate/& Man
ſuetudine plurimum antecellis. Neq; parum quoq; me
delectat/quod Diuus Aurelius Auguſtinus in Acade/
micis ſcripſit. Magnæ res/cum a paruis viris quærun/
tur/magnos eos efficiũt:& poetæ illud. Si deſunt vires/
tamen eſt laudanda voluntas. Hac ſola contentos dici/
mus eſſe Deos. Tu itaq; Inuictiſſime/atq; Cãdidiſſime
Cæſar/non verba/ſed mentẽ:nõ quod dixero/ſed quod
dicere volui/pro tua tibi innata Bonitate/atq; Clemen
tia metieris. Artaxerſem Perſarum Regem illum imi
tatus/cui cum aliquando equitanti obuiam factus homũ
cio quidam (cum nihil aliud illi eſſet) Aquã vtraq; ma
nu/proximo hauſtam flumine/obtuliſſet: Iucũdus Arta
xerſes/ſubridenſq; ſuſcepit/ quippe qui non rei/quæ da
batur

batur/vel inopia/vel vsu:sed alacri dantis volũtate gratiam metiretur. Gaudet nimirum Philippus Diuus Princeps noster/lętatur/exultat/tuo fœlici/& optatissimo in Italiã aduentu. Cũ enim in vlteriore Gallia amplissimi Ducatus Allobrogũ/& multarũ Vrbium/atq; Prouinciarũ honore/Imperioq; Illustretur/inter Italos quoq; Principes:neq; certe (mea sententia) postremus est cẽsendus. Quippe qui Italię partẽ Nobilem/& profecto nõ spernendã/possidet. Italiam Plinius dominam gentium/& terrarũ alumnã vocat:& eandẽ parentem numine Deorũ electã:quæ Cœlũ ipsum suis Laudibus Clarius faceret. In ea cũ multæ sint/& distinctæ regiones/Liguria prima nominatur/quæ a Nicea vrbe/& a Varo flumine:q Galliã illic ab Italia disiũgit:& a Portu Herculis/cui nũc Villęfrãchę nomen est/ac a Tropheis Augusti Cęsaris/quã vulgus Turbiã vocat:quæ oppida cũ adiacẽtibus plurimis/Imperio Diui Prĩcipis nostri Philippi/antiqssimis tpib9 parẽt: Saona dehinc/& Genua maritimarũ vrbiũ celeberrima/p omnẽ illã mediterraneã regionẽ/vsq; in Etruriam tendit. Ethruria est secũda/In qua præter Senas vrbẽ Nobilissimã/Florentia florẽtissima Ciuitas est sita:quã a Totila Gotorũ Rege destructã/Carol9 Magn9 in pristinũ decus/dignitatẽq; restituit. Tertia Italię regio est Latiũ:in qua Roma caput mũdi/& Sedes Apostolica diuinitus constituta/Altera/& proxima est Campania vetus/in qua Neapolis. Apulia dehinc/& post Samnium/nunc Abru

Italiam.

tium appellata. Est Hystria: Est Forũ Iulium: Est Marchia Taruisana/ olim Italia transpadana nũcupata: Est Picenũ. Est Flaminia: in qua Ferraria/ fere aurea Ciuitas: & Bononia Studiorum mater. Altera Marchia anchonitana: ista Romãdiola appellat̃. Est quoq; Venetia Regio/ in qua Venetorũ Vrbs præclarissima: & toto orbe situ: ædificiis: opibusq; miranda. Est tandẽ hec Regio Gallia Cisalpina: quã vulgo Lombardiã appellãt/ in qua Mediolanũ: ista Metropolis Vna sub sole/ vrbs potẽtissima/ & Lodouico Sforcia Vicecomite Anglo/ Ducum omnium/ qui fuerunt vnq̃ auspicatissimo fœlicissima. In ea Cæsares/ & Romanorũ Imperatores/ prisco/ veteriq; maiorũ instituto/ corona donant̃. Sũt in ista quoq;/ quã nunc dixi Italiæ regiõe: Quinq; diui Principis nostri Philippi Splendidissimæ Ciuitates/ & Ciuitatũ dioceses/ longe/ lateq; patentes. Prælucẽt quoq; oppida circiter Quinquaginta/ populis frequẽtissima/ & magnarum vrbium instar omnino præ se ferentia. Adde amœnissimos Vicos: Arces insignes/ pagos innumeros: Municipia opulentissima: atq; alia non pauciora quã ducenta (ni fallor) loca turribus/ mœnibus/ fossis/ bello/ paceq; tutissima. Visuntur illic quoq; colles aprici/ nemorosi Montes: amenissimæ valles/ agri fertiles latissimi campi/ Vineta suauissima/ Saltus huberrimi Limpidissimi Fontes/ Ceduæ Syluæ: Ferri/ Argentiq; Fodinæ perplures/ Fluuiorum ingentes/ lenissimiq; decursus/ Harenis aureis/ atq; Argenteis copiosi/ inter

quos

quos Padus, e gremio Vesuli montis in Celsissimum cacumen elati, progrediens, & in Taurinis primũ nauigabilis, triginta vsq; in Adriaticum mare flumina: vt Plinius quoq; est testis, secum defert. Quæ singula, vt supra diximus, Cisalpes, & in Italia sita, Sabaudiano, vt nunc quoq;, Imperio quã diutissime, atq; fœlicissime paruerũt: Et vt multa vno complectar verbo, ab Alpibus illis Celsissimis, Cœloq; vicinis: quas Herculẽ primo, dehinc Hãnibalem transcendisse cõmemorãt & p mœnibus Italiæ astare: diuoq; Philippo Duci nostro, iure Imperii obedire videmus, vsq; in Mediolanẽsium agros, Sabaudianum Imperium, incredibili quadam Incolarum fœlicitate protenditur. Regio certe salubris, & Aeris amœnitate, cœliq; temperie, & virorum, atq; Fœminarum humanitate, & demum frugum omnium copia fœlicissima. Quæ cum ita sint, mirũ ne sit Maximiliane Sacratissime Cæsar: si non in Germania modo, & Gallia, verum & in Italia quoq; Philippus Dux noster Illustrissimus tecum gaudet. Et non Italiæ solum, sed sibi, sed Vniuersæ Christianæ Reipublicæ gratulatur. Animaduertit enim te celebri fama: Ingentiq; gloria, Principem illum esse: quem Christiana Respublica, efflagitare videbatur: Nam siue quæ a, Natura tribuuntur bona: Siue quæ sunt Corporis: siue Animi, quæ magis sunt preciosa, quæramus, Inueniemus nihil eorum deesse tibi, quibus Optimum Principem, atq; Ornatissimum Cæsarem

Laudes Maximiliani.

appellare solemus. Et ne per singula vager, paucula veluti delibando perstringamus. Ex Germania totius terrarum Orbis, Prouinciarũ amplissima, Gente Austria, Superillustri quidem illa, & Excelsa, ac Regũ, & Imperatorum ante omnis fœcundissima: Patre Federico gloriosissimo Cæsare, atq; Romanorum Imperarore, Matre Heleonora Augustissima, & Lusitaniæ Hispaniæq; Regina, in Purpura, Cæsareisq; delitiis genit9, ac educatus, ita creuisti: Vt annos semper virtutib9 anteieris. Sicq; recte in te euenerit, q̄ Pelignus Vates cecinit. Cæsaribus Virtus contigit ante diem. Vt primũ enim p ætatẽ vix licuit, tuopte ĩgenio, duce Mineruã, Litteris & Eloquentiæ studiis ĩcubuisti, ratus illud Platonis esse verissimũ, Beatas fore Respublicas, si studiosi Litterarũ, atq; Sapiẽtiæ regerẽt: & aliud ex Homero. Discipulos Deorũ non alios esse, q̄ Reges. Neq; tamen interea, quæ ad disciplinã attinent Militarẽ prætermittis. Nã & Luctatiõe, & Saltu, & Cursu, & Venatione, Iactu quoq;, & Hasta, atq; Equitatiõe, & omni demũ exercitatiõis genere delectat9, ita omnẽ Bellicæ disciplinę ætatẽ didicisti: vt iis studiis, atq; artib9 p̄dit9, supra ętatẽ, admirãd9 apud oẽs videreris. Prim9, p ętate, in armis, Secũdus in litteris, ĩter Pricipes nostrę tẽpestatis (q̄ de. C. Iulio Cæsare quoq; tradũt) cẽsereris. Impatoriã certe Maiestatẽ, ad quã nat9, & ab Infantia prima destinabaris, nõ armis solũ: sed litteris, atq; legib9 armatã esse oportere diiudicãs: vt vtrũq;, tẽpus, & bellorum

A genere.

A virtutibus.

A re militari.

lorum & pacis (quod Iustinian⁹ antecessor tuus initio Cæsarearum Institutionũ est exorsus) recte possit gubernari. Repeto sæpe mecũ, priscos illos, ac veteres belli Duces, atque Imperatores, & eos præcipue qui rei militaris sciẽtia, ante alios plurimũ claruerũt. Celebratur in Assyris Ninus: In Asia Cyrus, in Macedonia Alexander: In Epirotis Pyrrh⁹: in Persis Xerses, in Hebręis Sanson: ferunt quoque in Coelũ laudibus inter Græcos, Lacedęmones, atque Athenienses: in Aphrica extollit Hannibal: in Gallis Brenus: In Romanis .C. Iulius Cæsar: In Germania vnus tu Maximiliane inuictissime Regũ: superioribus certe illis, non æquandus modo: sed etiam, mea sententia, anteferendus. Nemo enim vnq̃ melius, vno te, Acies instruxit: nemo maiore animo Hostes est aggressus. Primus inire Prælium, vltimus exire cõsueuisti: In castris nihil tibi, vel veste, vel in mẽsa præcipuũ: Opere militem: cõsilio Ducem agis: Nemo melius vnq̃ vrbes oppugnauit. nemo celerius expugnauit. nemo gloriosius vicit: nemo sapientius sciuit vti Victoria. Ostendunt hec Præclara illa tuæ Spectatissimę adolescentiæ Tyrocinia: quibus habitus apud Sacros Germanię Principes, ac Sacri Romani Imperii Electores, breui, tanti fuisti, vt viuo quoque Patre (mirum dictu) summo, atque incredibili ipsorum Principum, Optimatum, Populorumque consensu, Cæsar declaratus, & Rex Romanorum mox futurus, Imperator salutaris. Ostendunt (ne sim longior) Celebres tuæ, insignesque Victoriæ: quas

virẽtibus

virẽtibus adhuc/& adolescẽtibus annis: ac parua interdũ manu/ Ingenti tamen Gloria/reportasti. Taceo Ferocissimos Populos/ Nobilissimas Gentes/ Exteras/& Barbaras Nationes/ quas Armis/atq̃ Sapientia domuisti. Interea/vt hec etiam/quæ a fortuna tribuuntur prosequamur: Mariam Caroli Belgarum/atq̃ Burgundionũ Ducis Celeberrimi/vnicam gnatam/& multarũ Prouinciarum atq̃ gentium dominã/diuina quadam sorte/ Matrimonii/fœdere tibi deuinxisti. Philippũ Austriũ/ Archiducem/ magnæ/& Cesareæ spei Adulescentem/ & Margaritã quoq̃ Virginẽ Splendidissimã/atq̃ Pudicissimam/ verẹq̃ Augustam/illo Sancto Connubio suscepisti: Ea ad cœlos reuocata/Blancã Mariam Vicecomitem/ Galeacii Illustrissimi Mediolanẽsium Ducis filiã Virginẽ certe/te quoq̃ Cæsare dignã/matrimonio tibi coniunxisti. Hec paternũ genus Nobilissimum a Mediolanẽsibus: Maternũ generosissimũ/a Sabaudianis Illustrissimis Ducibus traxit/ Illi a Dalmatiæ/& Lõgobardorũ Regib⁹: Isti ab Hercule/& Saxonibus/ex Lumbis/laribusq̃ Cæsareis originẽ/genusq̃ duxerũt. Hinc Lodouicus iste Sfortia Vicecomes Dux Patruus: Hinc Philippus Sabaudus Princeps noster/ferme diuin⁹ auũculus: ille Mediolanensium/iste Sabaudiensium: Illustrissimi ambo/atq̃ Sapientissimi Duces/vterq̃ Sacro Romão Impio/& tibi/vt Sanguine/ita Fide/Animoq̃ coniunctus. Hinc Carolus quoq̃ Christianissimus Francorũ Rex/Germanæ consanguinitatis vinculo/Blancæ

Augustæ

Augustæ causa/tibi copulatus. Hinc alii perplures Christiani Principes: quibus cũ & necessitudinis & affinitatis/tecũ iura sunt contracta/Ex ea dabuntur liberi: & nati natorũ: & qui nascẽtur ab illis. At Corporis Dotes/quantum in te floreant/nemo qui te viderit vnq̃/ignorat: Vt enim Valitudinem/vt Agilitatẽ: vt Dexteritatem/vt Oculorum Cæsareũ illum/Augustioreq́ꝫ vigorem/vt Lacertorũ Vim/vt Pectoris Firmitatẽ/ac totius demum corporis Limamenta/ac Robur omittã: ea es imprimis Proceritate Maximiliane: ea Oris/Dignitate/atqꝫ Vultus Maiestate/ea Specie: quæ vel sola digna sit Imperio. Inter Pulcherrimos non minus elu ces/q̃ ipse inter sydera Phœbus: ita vt/de te merito dici possit/quod de Iasone ille cecinit: Clarior in cũctis Diuus fulgebat Iason: Iuno & enim lætos oculis afflarat honores. & illud. Gratior/& pulchro veniens in Corpore Virtus Adiuuat. Ex celeri præterea/expedita/sonoraq́ꝫ Lingua tua/melle dulcior/vt de Nestore tradit Homerus/& fluit/& redundat oratio. Neqꝫ certe Germanicam solum/sed Gallicam/sed Italicam/& alias quoqꝫ perplures optime calles/Mythridatem illum Ponti Regem æmulatus: quem ex eo maxime cõmendauit Antiquitas/ꝙ Linguarum omnium/quibus præerat/ita meminisset/ita singulis aperte loqueretur/vt nunq̃ per interpretem cuiq̃ respõderet: & qua pluris valeret/nemo recte posset iudicare. Iam vero quæ ad Animũ spectant/quid attinet dicere. Iustitiam/qua Aristidem/

Laus a bonis corporis.

Abelogo.

A bõis animi.

qua Aristidem / atq; Traianũ superas / ita peculiarem / & iure quasi hęreditario veluti tibi Patrimonio relictam / colis: vt illã omnẽ / a te vno / Vero / atq; Iustissimo Cæsare emanare omnes admirentur. Tu Procõsul Dei. Tu Lex animata in terris appellaris. Iustitia de cœlo prospexit: Iust9 / vt Palma florebit. Clemẽtia / qua Diis Immortalibus / homines pares fiunt (nã vt Plato inqt / neq; fulgure / neq; tonitru / aut Vitæ lõgitudine Deus est: sed Clemẽtia / cęterisq; virtutibus) ita polles / vt vel ipsum. C. Iuliũ Cęsarẽ / oĩum Clemẽtissimũ / facile antecellere videaris. Liberalitate / atq; Munificẽtia Alexãdro: Augusto nõ ĩferior / tãtũ Laudaris / quãtũ ali9 Cęsarũ / aut Imperatorũ vnq̃ nemo. Magnitudine animi / neq; Romulo cedẽs / quãtũ floreas: testis est nõ Italia solũ / sed Germania / sed Gallia: sed Vniuersus Christian9 orbis. Consilio atq; Sapientia Themistoclẽ / Vlyssem / vtrũq; certe Catonẽ refers. In seruãda Fide / atq; animi robore / Scipionẽ / Marcum Regulũ / Quintũ Mutium / Horatium Coclitem / atq; Decios illos morti deuotos antecellis. Continentia Curium / atq; Fabricium æquas: Et demũ reliquis omnibus diuinis / mortalibusq; virtutibus ita effulges / ita excellis / vt illarum omnium / & alumnus / & parens esse videaris. Somni semper fuisti parcissimi. Cibi admodũ moderati. Algoris / Æstus / Vigiliarũ quoq; / & lucubrationũ paciẽtissimus. Audis omnis humaniter / respõdes / perbenigne: Neminẽ (q̄ de Tito quoq; ferũt) a te / tristẽ discedere sinis / Vituperas neminẽ / castigas

modeste:

modeste: Aperto homines Ingenio, atque animo diligis, Subdolos, & Assentatores aspernaris. Ingeniis faues, Viros doctos, non amas solum, sed extollis, & Honoribus, Beneficiisque prosequeris: Nihil Iustum censes, quod a Religione, Pietateque abhorreat: Nihil tanti, q̃ diuini cultus, & Christianę religionis venerationem facis: omnia ad publicam vtilitatē refers: Non Honori, sed Oneri arbitraris esse, q̃ Regnas: Non Imperium tibi, sed te Imperio dediticium putas. Nunq̃ præ multitudine atque affluentia rerum dicendarū finis esset. Fatigari dicendo, lassarique possem: satiari nūq̃. Hinc mirari neminē decet: quādoquidem Christianorū omnium Principū, atque Regum terræ sis primus, & summus, si in te vno summa quoque omnia conspiciuntur. Summa Nobilitas: Summa Religio: Summa Fides: Sūma Constātia. Summa Iustitia: Summa Clementia: Summa Liberalitas: & quæ in summo quoque belli Imperatore necessaria dicimus: Eximia Belli Scientia: Singularis Virtus: Egregia Fortuna: Incredibilis Autoritas: Diuina Fœlicitas. Quæ singula, tum & angustia temporis, non incedam oratione, vt vides, sed curram (aduesperascit enim iā, & inclinat dies) ea quoque ratione sic delibando, consulto, libensque pretereo, q̃ omnibus ita longe lateque patent: ita vbique sunt celebrata, tot Bellis, Terra, Marique gestis cōfirmata: tot Victoriis illustrata: tot Tropheis patefacta: vt ipsa magis per se percipi: q̃ breui possint oratione perstringi. Celebrabuntur Amplissimæ tuæ

Laudes

Laudes Maximiliane/nõ solũ nostris:sed(vt ille inquit) pene omniũ gentiũ litteris/atq; linguis:Neq; vlla vnq̃ Ætas tuarũ laudũ pręconia cõticescet:Obstupescẽt Posteri Imperiũ/Regna/Triũphos legẽtes tuos. Is eris tandẽ Maximiliane:quẽ nulla silebũt sęcula/quẽ populi Meritis/& Laudibus omnes extollẽt:quẽ Fata/sui liuore furoris/interiment nunquã. Quare huic tuæ tantę Fœlicitati mirum in modum gratulatur Philippus Diuus Princeps noster:& supplex/piisq; votis Deum precatur/& orat Immortalem/vt te/quem Cæsarem/& Regem Romanorũ/atq; Christianorũ omnium/& orbis Imperatorem esse voluit/diutius nobis/& protegat/& tueatur Incolumem. Quo rebus Christianis/nõ parum fluctuãtibus/atq; iam fessis/pro Ingenii tui Altitudine/atq; Cæsarea autoritate (quod sperant omnes) recte consulas/consulendo succurras/succurrendo cõponas/vt tandem de Imperio/deq; Republica Christiana/benemeritus/Locum illum Aureũ/optatissimũ/quem Scipio benemerentibus de Republica/constitutum dixit in Cœlo/pulcherrime consequaris:In quo/& Æuo fruaris sempiterno/& omnium sæculorũ memoria vigeas. Interea Philippum Inclytum Ducẽ nostrũ/ac Sacri Romani Imperii Principem/Vicariũq; perpetuum/& tuę Celsitudinis obseruãtissimum/comẽdatũ suscipe. Tu sibi quodcũq; hoc regni/Tu sceptra/Iouẽq; concilias: Tu das Epulis accumbere diuum.

Reliqua/quæ ad nostrã attinẽt legationem/Reuerẽ-

tissimus, atq; Nobilissimus Aymo e Montefalcone, Pō tifex, & Princeps Lausanensis, Legationis caput: Tum Splendidissimus Mœcenas Iacobus Bussi, Heyriaci dominus, Niciensium Gubernator, ac Ducalis Locumtenens, & Magnificus quoq; ac omnino Luculentissimus vir Sebastianus Fereaureus, Gallianici, atq; Candelli dominus, Ducalis Quæstor, Senatorq; præcipuus, & ego ipse collegarum, atq; Apostolorum (vt aiunt) minim⁹, dato tempore: cum libuerit, priuatis affatibus exponemus. Vigleuani in Arce Ducali Anno a natali Christiano. M.cccc.xcvi. Die. xiii. Septembris.

Pręstantissimo Iurecōsulto. D. Petro Caræ Ducali Sabaudiæ Senatori præcipuo Georgius Florus. S.D.

NOn Indigent aliena lima vir Magnifice, quæ in officina tua, vel extempore cussa fuerint. Hactenus ea oīa, quæ abs te emittunt, veluti ex veracissimo quoppiā oraculo pdita: sunt Ingenio Inuēta, Industria elaborata. Quo fit, vt tm̄ fideliter excipiēda sint, aut trāscribēda, nō poliēda. Nā qs te vno magis cōcinne phemiat? qs narrat apti⁹? qs apti⁹ partit? qs acrius pugnat? qs Magnificentius exornat? quis facilius persuadet? Doces, delectas, afficis: sententias ita verbis innexis, & verba sententiis, vt difficile sit Iudicatu, vtrū Res Oratiōe, an verba sentētiis illustrent. Oratio luculenta, & splēdida, & quæ maxime rei, qua de agitur

de agitur, cõueniat. Nihil hiulcũ, nihil Cõfragosum: ni hil Vocalitatis (ita Fabius Euphoniã vocat) imo omnis ęqua, & quadrata structura. Verba ꝓpria, & reb⁹ accõ modata: Optima Inuẽtio, mirabile Cõsiliũ, Incredibilis Ductus. Quae autẽ Pronũciatio, q̃ in oratore potissima habet, Imperiti etiã sensere: vt min⁹ capiat dubitationẽ. Omnia in te ꝑfecta, & absoluta: q̄bus, si aliq̄d addes, sup abundabit, ac efluet: si demas q̄ppiã, deerit: vt iã ꝑfecta nõ sint. Hec vir Magnifice eo aĩo, quo efferuntur: acci pias velim: quę pleni⁹ dicet (crede mihi) posteritas. Ipse autẽ nõ possum nõ dicere iã liberius hac ꝓcaci epistola: Quod corã forte erubescerẽ: non parũ lętandum esse Patriae toti Submontanae: nedum Diuis Principibus nostris: q & Oratorem, & Poetã: quales forte, meo Iu dicio, post Augusti sęculũ nõ fuerint, habere cõtigerit. Plęraeq; enim Vrbes, & ꝓuincię Laudẽ, & ĩmortalẽ Gloriã sibi partã cẽsuere: q̄ viros Ingenio, & aliqua ex cultiore doctrina educauerunt. Trãsmittent scripta tua, & Philippi Vagnoni, qui Ouidiũ facilitate, Ver giliũ grauitate, Lucanũ calore, Martialẽ sale, ac lepore si nõ sup̄at, omnĩo facile tñ ęquare vĩ, ad omnẽ posterita tẽ, Subalpinũ Nomẽ: & ita trãsmittẽt, vt nulla vnq̃ dę lere possit Obliuio. Sed vt ad rẽ redeã: orõnẽ tuã q̃ fide lissime potui, transcripsi, non autem recognoui.
Bene vale, Seruuli tui memor.

Magnifico

Magnifico Domino Petro Carę Iureconsulto, Equiti, & Comiti, Ducaliq; Senatori Praecipuo, Georgius Florus.S.P.D.

NOn sine causa tantopere efflagitatᷓ, Vir Magnifice, Oratio tua, quam in frequenti trium ordinum conuentu, de Illustrissimo Philiberto, Diuo Principe nostro, pulcherrime habuisti: Ea enim est Verborum concinna Structura: ea Sententiarum grauitate: ea Perspicuitate: eo Ornatu, ea Amplificatione, ea Virtute elocutionis: quae omnia, vt difficillima, autore Fabio, ita maxime perfecto, absolutoq; Oratore digna: vt non Posteris modo, quos (nescio quo fato) magis detinent praecedentium saeculorum scripta, q̄ suorum: verum etiam Neotericis ipsis, & nostris hominibus facile possit plurimum placere. Nam in his sine dubio, plusq̄ in ceteris dicendi partibus, sibi indulget Orator: cum emendate quidem, ac dilucide dicendum tenue premium sit, magisq; vt vitiis carere, q̄ vt aliquam magnam virtutẽ adeptus esse videatur. Inuentio quoq; cum imperitis saepe cõmunis est. Dispositionẽ modicae Doctrinae credi par est: Deniq; omnia hec ad vtilitatem rei, qua de agitur, solum referẽda sunt. Cultu vero, atq; ornatu, virtuteq; elocutionis, se quoq; cõmendat is, qui dicit, & in caeteris iudicium doctorũ, In hoc vero etiam Popularẽ laudẽ petit. Nec accõmodatis

 modo, &

modo/& aptis:sed etiam Fulgētibus/& Splēdore quodā coruscantibus Verbis/cum in omnibus/tum maxime in hac tua Oratione vsus es/Cum cōsecutus sis/& vtiliter demū/ac latine/ꝑspicueq; dicendo/vt Vniuersus populus/admirationē suā/nō murmure leui tātū:Sed ēt plausu quodam (vt de Cicerone legim⁹ in causa Cornelii) confiteret̄. Taceo qua Gratia/qua Oris/& Vultus dignitate/cū alias semꝑ apud Amplissimos Principes:tum maxime apud Alexandrū Summū Pontificē Sextū legatus oraueris/tum demū in hoc celeberrimo ordine apud Diuū Philippū:vt tāta esset Auditorū attētio/vt ne expuerēt quidē/nedū excrearēt. Verū enim profecto/& Sublimitas/& Magnificētia/& Nitor/& Autoritas/& Gratia expressit illū Fragorē:nec tam insolita laus esset prosecuta orantem te:si vsitata/& trita fuisset Oratio. Tanta in ea Vis Eloquētiæ/tantus Splendor/vt facile effecerit eos/qui aderāt/nec sensisse/veluti mente captos/quid facerent. Vidi ipse quosdam ita gestientes plausu/vt vix vocē continerent. Alios ita ex ore tuo pendere/vt statuæ parietibus affixę viderent̄:Imperiti etiam/& Rudes/Suauitate Orationis/Oris Dignitate/Venustateq; prolatiōis pellecti/plurimū demulcebantur. Ea deniq; Oratio est/cui nihil addi ad Maiestatem/nihil diminui possit:nisi aliū velis sapere/& redolere/q̄ Garam. Quo fit/vt mirū tibi vir Magnifice esse nō debeat/si a Proceribus his/& grauissimis viris/bonisq; omnibus/

nisq; omnibus, qui aderāt dum orabas. hec tua Scripta, non triuialia, aut vulgaria efflagitantur enixe, vt quam audiendo te admirationē conceperūt, eā legendo dicta tua contineant, augeāt, extollant, fiātq; ex his meliores. Accedit etiam, ꝙ de his rebus, ea tota contexta est, quæ maxime possint & debeant non modo ab hominibus nostri temporis legi, Sed etiam in omnem posteritatē propagari. De laudibus scilicet, eximiisq; Virtutibus Illustrissimi Philiberti, Diui Principis nostri, qui eum te nactus est præconem (vt de Achille ferunt) qui optime omnium, laudes eius perenni stilo possis Illustrare.

Feras hec velim æquo animo: quæ plenius dicēt (crede mihi) futura sæcula. Sed hoc tibi velim persuadeas, ita grata esse omnibus bonis Scripta tua, vt nulla magis nostri temporis admirentur, extollāt: cum nihil possis profecto non bene dicere. Quocirca vt ad rem redeam, his, & iusta petentibus, & præclara cupientibus, morem geras, oportet: eorumq; studio libentissime obsequaris (liberius tecum loquor, cum Epistola minus erubescat) si non modo tuarum: sed etiam Diui Principis nostri laudum rationem habere volueris. Nam ex his, & apud Viuentes, & apud omnem Posteritatē, & tibi, & Illustrissimo Philiberto nostro, nō mediocrē Gloriā facile cōparabis, & Litteratis oib⁹, nō Voluptatem solū, sed incredibilem Vtilitatē omnino es allaturus. Etsi enim scio te ea Modestia a Natura esse, vt

nihil ad Ostētationem/Aurāq; Popularem geras/ mal leq; esse/q̄ videri. Id tamen honeste retinere non pote/ris: quod/si emissum fuerit/multis cōmodo/ & vtilitati/ saltem ad Imitationem/omnes Boni confidunt. Itaq; cū tantopere efflagitātibus Iuste denegare non possis/præsertim quia melius est aliquādo/nostro studio amicorū vocis si possim⁹ obseq. & desiderari Prudētiā nostrā/ q̄ si Id quod rogatur/non fecerimus/ Beniuolentiam. Reliquum est/vt permittas vela vētis: Et dum oram soluis/ nos interim bene precemur. Bene Vale Mi Mœcenas. Ex Cubiculo nostro. Quinta Decembris.

Illustri/ & Excelso Equiti Domino Raynerio de Sabaudia/ Villariensiū Comiti/Ducaliq; Locūtenenti Sapientissimo/ Petrus Cara. S.P.D.

ORationem illam extemporalem/quam Pridie in Publico Gallię huius Cisalpinę Prouincię Cōcilio/sedente Principe/ad Senatum/& Populū habui: veloci nunc/vt iubes/calamo vix excriptam/ad te mitto: cum vt meā erga te/& Excelsam Sabaudię Domum/Fidem/atq; Obseruātiā noscas: tum quoq;/ꝙ cui conuenientius/hoc tempore illam dedicarē/occurrit nemo. Tu enim/sicuti Philiberto Duci/ex patre Philippo/German⁹/Ita illi quoq; fidus Acates/atq; Mœcenas/ totius Principatus (vt par est) Molem/atq; Curas geris/& Maximo subditorum Applausu/omnia recte/atq; iustissime

Iustissime moderaris. Quippe qui ab Infantia prima / Disciplinæ / atq; Honoris maxime studiosus / Mediolani inter Principes: litteris Italicis / atq; bonis Disciplinis eruditus: Gallorum postea / atq; Germanorum mores / tum Militares / Senatoriosq; numeros omnes ita didicisti: vt non minus apud Carolum Octauum Francorum Regem / q̃ ipsum etiam Maximilianũ Cęsarem / & Bello / & Pace clarus / immortalem sis apud omnes laudem / atq; gloriam consecutus. Nunc vero Ducalis Locũtenens / atq; Dictator: tanta es apud omnes Gratia / atq; Autoritate: vt non modo Carus / Iucundusq; sis omnibus / sed Admiratione etiam dignus videaris. Hãc itaq; Oratiunculam nostrã / tuo Iussu / / tuisq; Auspiciis: quod alias nũq̃ fuissem ausus / scriptis / cursim / celeriterq; congestam lege. Quam tuæ censuræ / & acerrimo / grauissimoq; iudicio imprimis castigandam / & dehinc vel reiiciẽdam / vel edendam / pro sententia / remitto. Tanti certe (ni fallor) erit / quãti tua illam Autoritas faciet. Vale.

Petri Caræ Iurecōsulti/Equitisq; Cęsarei/& Comitis/
Ducalis Sabaudiæ Senatoris: Panegyricus in Publico
trium ordinum/totius Patriæ/conuentu: apud Illustris
simum Philibertum. II. Sabaudiensium Ducem.

HOmerus Poetarum ille Nobilissimus/
optimos eos Reges/atq; Principes esse
existimabat/qui a Ioue Imperium/Sce/
ptrumq; tenerent/Deos colerent/Iura
tuerentur/Curam Hominū gererent/
Custodes Populorum censeretur. Hinc
merito Diotropheas illos/idest a Ioue nutritos appellat.
Ego cum Homeri sententia sic cęseo. Fœlices/atq; Per
beatos esse Populos: quibus/diuino quodam munere/ta
les Principes habere contigisset. Quorum e numero/
nos esse: qui sub Sacrosanctæ Crucis Albæ Vexillo vi/
uimus: omnes vno ore fatentur/& prædicant. Est enim
nobis Philibertꝰ/Dei optimi Maximi beneficio/& Prin
ceps/& Dux: cui nihil omnino desit: quod in Vero/atq;
optimo Principe queat desiderari: siue Fortunæ/siue
Corporis/siue Animi/quæ sunt Nobiliora Bona quæ
ramus. Est imprimis Philibertus Cæsarum/atq; Re/
gum sanguine natus: Parentibus Heroicis/atq; Semi
deis: siue illi ex Ottone secundo Romanorum Impe/
ratore/& Saxonibus illis/qui ad Romani Imperii Fa/
stigium propinquiores accedunt: siue ab Alexandro Ma
cedoniæ Rege/vel/vt Paulo altius repetas/ab Hercu

le Iouis

le Iouis Maximi filio/longa serie defluxisse dicantur. Quod ego Romæ apud Alexandrum Sextum Pontificem Maximum/& Sacrum Cardinalium Chorum/etsi parum tersa/publica tamen/& satis lõga oratione disserui. Vt enim priscos illos Heroas/atq; Semideos missos faciam⁹: vt Beraldum Saxonem: vt tres Vimbertos primos: vt Amadeos perplures/vt Aymones/ Iacobos/ Ludouicos/& alios infinitos: qui non breui hac oratiõe/sed multis Annalibus/ maximis voluminibus/ atq; codicib⁹/ essent Illustrandi: Pater fuit Philiberto Duci nostro/ Philippus/Quo iustior alter/ Nec Pietate fuit/nec Bello maior/& Armis: Hunc superiore concilio/hoc loco/ Regio solio/& veluti in Trono sedẽtem (nec diu prę/teriit temporis) gratulatoria oratione prosequuti/admiratiq; fuimus. Meministis. P. C. quo tunc Heroico Pectore/quo Robore/qua Vultus Dignitate/atq; Maiestate Philippus explendesceret. Tantus inerat illi/totius Corporis Decor/tanta Membrorum Fortitudo/ vt vel Herculem/cui Philippum oratione nostra compa rabamus/vel Hectorem/aut. C. Iulium Cæsarem/vel P. Scipionem diceres: & quem vnum ad Centesimum Annum/& amplius/ni Fata rebus humanis inuidissent/ vitam agere nimirum credidisses. In Philippi vita/nõ modo nos eius tunc Imperio/ditioniq; submissi: verum Italia omnis/& Gallia/ac Vniuersus Christianus Populus/tantam Spem iecerat/atq; collocarat/

 vt perpetuam

vt perpetuam/illo superstite/Pacē/atq; Fœlicitatē/omnes se adeptos/facillime arbitrarētur. Ad eum/veluti ad Humanæ Sapiētiæ Oraculum Legati Regū/Ducum/Principum/& cæterorum Christianæ gentis potentatuum/certatim confluebant. Tantum rebus Italicis/atq; Gallicis iam momentum dederat/vt nihil præclare/nihil fœliciter/sine Philippi auspiciis/geri posse videretur. Erat Philippus non solum Rei Militaris gloria: sed omni etiam Virtutum/atq; laudum genere Florentissimus: in quibus/non modo cum celeberrimis suæ ætatis Principibus/atq; Imperatoribus: verū facile posset cum omni Antiquitate contendere. Laudatur in Pyrrho Epirotarū Rege/Rei Militaris Scientia/& Agminis instruendi præcipuus ordo: In Alexandro Macedone Audacia/Fortitudo/& Liberalitas: In Hānibale Astutia/& Laborū Pacientia. In. C. Iulio Cæsare Celeritas/atq; Clementia: In Paulo Æmilio. G. q; Pompeio humanitas: In Scipiōe Fides/atq; Disciplinæ militaris Obseruantia: In Aristide/atq; Traiano/Iustitia: In Marco Regulo. Q. Mutio/Horatio Coclite/Animi Robur/atq; Constantia: In Romulo Animi Magnitudo. In Numa Pompilio/Religio. Quæ singula singuli/vt præcipua/sunt adepti. In vno autem Philippo non singula/sed Vniuersa/ita effloruerunt: vt qua magis/ex omnibus/Virtute polleret/vix posset diiudicari. Sed quid pluribus Philippum prosequor? Esset illi/vt plura vno complectar verbo/mea/sententia/erigenda Aurea statua/more

tua/more veterum:vel templa etiam/atq; Aræ (si lice ret) Ægyptiorum ritu illi deberentur. Mater autem fuit Philiberto Duci nostro Splendidissimo/ Margarita Borbonensis/Regio/ & vero Francorum Regum san/ guine nata: Illustrium Matronarum/siue quę nũc sunt/ siue quæ vnquã fuerunt/ Sapientissima: Pauperũ Alum na/Pudicitiæ/ac Honestatis corona donata. Cui quoq; Philibertum parienti Vates ille cecinit. Iam noua Pro genies Cœlo demittit alto: Tu mõ nascẽti Puero/ quo ferrea primũ Desinet/ ac toto surget gens Aurea mun do/Casta faue lucina:tuus iam regnat Apollo. Ex tam Claris/Illustribusq; parentibus/non desunt Philiberto/ Principi:Clientellæ/Affinitates/ Coniunctiones/& hæ quidem ex Vniuersa Christianorum Principum Nobi litate clariores. Est Maximilianus Romanorũ Rex sem per Augustus:Cæsar iam/atq; Imperator designatus. Est Ludouicus/Rex Francorum Christianissimus/atq; Inuictissimus. Hi duo potentissimi orbis terrarum Re/ ges:atq; Clarissima mundi lumina/stricto Affinitatis/ atq; Germanæ consanguinitatis iure/Philiberto Du/ ci coniunguntur. Est Petrus Borbonensium Dux In/ clytus/Regio etiam/& antiquo Francorum Sanguine cretus: Est Frãciscus Angolemę Princeps:qui vn⁹ Co ronæ proximus:ad summam totius Regni/& Franco/ rum dignitatem/ nunc primus accedit: Est Federicus Siciliæ Rex: Est Ludouicus Maria/Anglus/ Mediolanẽ sium Dux auspicatissimus: Est Guilielmus Montefera

tensium

tensium Regulus / atq; Marchio Nobilissimus / Fami/
lia Paleologa / Inclyta quidem illa / atq; Cæsarea / quæ
Constantinopolitanos Imperatores: Thessaliæ Reges /
Cretensium quoq; Duces peperit: quorum signa in Hie
rosolymam vsq; prodierunt. Ex ea Diua ista / atq; San
ctissima Virago / Blāca / Diui Principis nostri Vice ma
ter / & socrus: Matronarum certe decus / & totius Reli/
gionis / atq; Honestatis exemplar / originem traxit: quæ
Hiolātam Superillustrem / & Illustriū omnium Nym
pharum / atq; Virginum Decus / Ipsi Cæsari nostro /
optatissimam Sponsam: nobis vero / atq; Patriæ Fœli/
cissimam Augustā dedit. Sunt præterea Saxoniæ / Au/
striæ / atq; Bauariæ Duces generosissimi: quibus cum /
antiqua Consanguinitatis / & Affinitatis fœdera sunt cō
tracta. Quid Cleuensium: Quid Lothoringiæ quoq;
Duces Perillustres: Quid reliquos / vel Italos / vel Gal
los / vel Germanos Principes memorem? Illud sane om
nibus constat: nullam esse in toto orbe Christiano Illu/
strem / Excelsamq; familiā: quæ cum hoc vno Diuo Prin
cipe / non sit Sanguinis / & Affinitatis fœdere copula/
ta. His Parentibus / hocq; Splendore domestico natus
Diuus iste Princeps noster / Ita illorum Imaginem / at/
q; mores refert: vt alterum in altero / & Philippū præ
cipue patrem / ni Philiberto filio recte cōtempleris: Sic
Oculos / sic ille Manus / sic Ora gerebat: At / bona om/
nium pace dixerim / in hoc Philibertus Philippum su/
perat: q; eius nominis seruata proprietas: plus quoq; no
bis polliceatur

bis polliceatur. Dictus est enim Philibertus a Phileo græce, q̄ est Amo latine: & Libertas quasi amator Libertatis. Cui ergo dubium esse poterit vnquā, quin Philibertus Princeps, Duxq; noster Candidissimus, retenta nominis dignitate, Libertates patriæ, Immunitates, Priuilegiaq; cōseruet? Quid aliud nobis pollicetur ista Eximia, atq; Decora corporis Species, & Oris, atq; Vultus ista Maiestas? quæ vel sola (vt de Priamo dixit Euripides) digna sit Imperio. Quid aliud præ se fert tanta ista Naturæ Bonitas, Mansuetudo, Benignitas? Ostendunt etiam Præclara Adolescentiæ suæ tyrocinia: Ecquid in antiquam Virtutē, Animosq; Viriles: Et pater Æneas, & Auunculus excitet Hector. Nunquam Diuinus iste Princeps otio vacat: luctando: Iaculando, Currendo, Equitando, Venando, & Pedestri, Equestriq; certamine, in quo plurimum excellit, & Hasta, Pilaq; ludendo. Nemo Validior, nemo Robustior, nemo Exterior reperit. Agilitate Lacertorū, vi Pectoris, Firmitate, Robore, Fortitudīe, nō mō Æquales suos, sed & Natu lōge maiores antecellit. Iam vero Animi Virtutibus, & illis præcipue, quæ prorsus sunt Regiæ, quantum Philibertus floreat: attendite: Iustitia prima est, per quam Reges regnāt, & Principes dominantur. Hic & suapte Natura, & Gentili quodam, atq; hereditario Iure, post Deum Immortalem, nihil Sanctius, q̄ ipsam Iustitiā colit, obseruat, veneratur, nihil Frequētius, mihi credite, in illius ore versatur, quā vt Iustitia

fiat. Audiuit

fiat. Audiuit pro ætate / legitq permulta / & præter Ma
iorum domestica / Illustriaq Exēpla / alia quoq in Histo/
riis antiquis decātata: & quæ præsertim hic pauca sug
gero / animo sæpe reuoluit. Cyrrus Persarū Rex / vt ab
eo exordiamur / qui Assyrios / Arabas / Capadocas / lydos /
Caras / Phenicas / Babilonios subiugauit: Cyprios / atq
Ægyptios Imperio tenuit / Indis / Cilicib9 / Paphlagoni/
bus / Asiaticis / Grecis / & aliis pmultis / gētibus / quarū ne
nomina quidē quis dixerit / est potitus / In tanto fortunę /
rerumq Fastigio / cū etiam formidine sui nominis / oēs
terrore concuteret: dicere solebat: Neminē decere Im
perare / qui subditis non esset melior. Cato quoq senior
cum non Bonū esse Imperatorē prędicabat / qui sibi non
posset iperare. Scipio Aphricanus / Flos Virtutis / No/
bilitatisq Romāæ / deuicta Carthagine / oblata illi Vir
gine / præstanti forma / Acciperem / inquit / si priuatus es
sem / non Imperator. Ægyptiorum Reges / Iudices / &
Magistratus adiurabant: ne quid per Iniuriam cuipiam
facerent / ēt si ipsi Reges imperassent. Agesilaus cū de
Iustitia / & Fortitudine quæreretur / Nihil / ait / Fortitu
dine indigemus / mō Iusti oēs simus. Zelancus / vt omni/
bus exemplū seruandæ Iustitiæ præberet / pro cōmisso
a filio adulterio / vnū sibi / alterū filio oculum effodi ius
sit. Carnudas vt Legem / quam fecerat / obseruaret se
ipsum interemit. At Seruator noster Christ9 Iesus In
quit: Diligite Iustitiā vos qui Iudicatis terrā. Liberali/
tate vero & Munificētia / q in dādo / & accipiendo modū

seruats

seruat:& Principes etiā, quam maxime decet, a nemine superatur: arbitratus illlud esse verissimū: quod Ptolemeus Lagi fili⁹ inquiebat, Regum, & Principū esse, magis locupletes alios efficere, q̄ ipsos locupletari. Hic Cyrus (vt Xenophon ille Socraticus, quem musam atticam vocant) refert Cræso Regi, ꝙ in multa largitiōe fortassis pauper fieret, illum admonēti respondit. Ego Crese dum Amicos diuites reddo, hos mihi Thesauros esse puto. Alexander Macedoniæ Rex, Perillo cuidam filiarum dotem poscēti, cum talenta auri quinquaginta dari iusisset, & ille diceret decem satis esse, Tibi, inquit Alexander, accipere satis est, at mihi dare nequaq̄ satis. Sed Cynico petenti nūmum pulchre cauillatus Alexānder: hoc, ait, dare non est Regis: Suadēte Cynico, vt talentum daret: & non est Cynici, inquit, hoc accipere. Cum autem Alexander Quæstori aliquādo iusisset, vt Anaxergo Philosopho quantum peteret, daret, Quęstorq; retulisset Centum auri Talēta illum petere, pulchre sane Alexander: nouit enim Amicum habere, & eū amicum qui talia possit, & velit merentibus elargiri. Dario vero multa illi Auri Talenta offerenti, vt Asiam secum ex æquo diuideret, grauiter respondit: Neq; terrā duos Soles, neq; Asiam duos Reges tolerare. M. Curius cum legati Samnitum, magnū ei Auri Pondus obtulissent: malo mehercle, dixit, Aurum habentibus imperare, q̄ ex ipsis locupletior fieri. Religiōe erga Deū: Pietate in Patriā: Clemētia in Subditos: nulli Pricipū,

vel qui,

vel qui sunt/vel qui fuerunt vnq̄ facile cedit:tanta Sub ditos/ac Vniuersam Patriā/Charitate/Beniuolentiaq; ꝓsequitur/vt pro illorū Salute/atq; Quiete nihil om nino fugiendū arbitretur. Non parcit Diuus Prīceps noster Laboribus/nō Vigiliis nō Lucubrationibus/ nō Viarū discriminibus/nō grauissimis Sumptibus/nō Im pēsis/vbi Saluti/& Quieti Subditorū/ac Reipublicæ consulendū putat. Testes sunt quotidiani/ Indefessiq; La bores:testes sunt frequētes/atq; solēnes Legatiōes/quas ad Maximilianū Cæsarē/& ad Christianissimū Frācorū Regē:ad Pontificē quoq; Maximū:ad Germanos/ad re liquos Christianos Potētatus/pro cōmuni Quiete atq; Pace Splēdido apparatu/Ingēti/ incredibiliq; Impēsa/ Fœlicibus auspiciis/ destinauit. Fremescebat/ vt nostis/ Germania bellis:Incalescebat vehemētius Gallia/Incē debatur armis Italia/oīa iam nobis Terrore/atq; For/ midine plena videbanť/Nā tua res agiť/Paries cū ꝓxi/ mus ardet. At Dei Clemētia/& Philiberti Ducis no/ stri laboribus/atq; Industria/actū esse videmus:vt subla tis Bellorū ardoribus/pacatis Regū/atq; Principū ani mis/Nos tuti (Diis gratias) & læti/domi/forisq; viua/ mus. Fœlices Sabaudiēses Bonitate Principū/ab oībus appellati. Nulla nos p̄mūt Vectigalia:nulle Salis/Olei/ Vini/Frumēti/Carrorū obstrictiones:nullæ Militū co hortes/nullæ Peditum / aut Equitum angariæ : nullæ Perangariæ : nulla Indicta /nulla Superindicta : liberi sunt omnibus Cōmeatus/ libera Cōmertia. In has/ quas incolimus/

incolimus/Subaudianas Prouincias/veluti in quãdam re promissiõis Patriam/& Aurea quadam libertate fruen tem/relicto etiam natali solo/certatim atq; libẽtissime homines confluũt. O Veros/Optimos/atq; Heroicos Sabaudiæ Principes. O Fœlices/atq; Perbeatos Popu los/quibus (vt diximus) tales Principes/atq; Duces/di/ uinit⁹ habere cõtingit. Quare Deo Op. Max. Immor tali/Laudes/& Gratias habeamus/ ꝙ post tot Supillu/ stres/Excellos/Inuictos/atq; Diuinos retroactos Sabau diæ Principes/Philibertũ tandem nobis Ducem/atq; Patrem patriæ dedit: Paternã omnẽ/atq; Maiorũ glo/ riam non æquaturũ modo: Sed etiam nõ minus supera turum/si fata dederint (vti speramus) quã tradũt Dio medẽ/Tydeum: Alexandrũ/Philippũ: vel ipsum Achil lem superasse Pelleum. Superest nunc tandem/ne tot Munerum/atq; Meritorũ immemores vel Ingrati vi/ deamur/Diuinam oremus Maiestatem/vt hec Sacra/ atq; Fœlicia Diui Cæsaris nostri Philiberti Principa/ tus Auspicia/fauste in posterum/& ad Nestoris annos/ Conseruare/Tueri/Amplificare/Propagareq; dignet. Dehinc nos ipsos: Corpora imprimis/Opes/Copias: Fa/ cultates/Substantiã/Fortunã omnẽ: & qcqd ampli⁹ est/ aut erit vnq̃ Virium/illi offeramus/atq; consecremus: eaq; omnia Magno/& Excellẽti Animo/e Cordeq; prę stem⁹/q̃ ab optimis/verisq; Subditis erga Optimũ/Ve rũq; Principẽ ꝑstari cõueniũt. Dixi. Taurini habitus Anno Salutis. M.ccccxcviii. Die Secunda Decẽbris.

Epithalamium

Epithalamium per Petrum Carã Adolescentem com positum In Matrimonio Illustrissimorũ Ducum Sabau diæ / & Mediolani : per Reverentissimum Dominũ Epi scopum Taurinensi.habitum.

VEllem Illustrissime Princeps / Inclyti / Magnificiq; Domini / hanc vnam dicendi Prouinciam / alteri / q̃ mihi fuisse delatam. Intelligo enim / quid talis / tantusq; aspe / ctus exigat: In re præcipue tam sacra / tã sancta / tã salubri. Qualis est hec ipsa / de qua omnis oratiũcula nostra habenda est. Intelligo Ora torẽ exigere Ornatissimũ / qualis vel ipse Cicero fuit / Vel Diuus ille / eloquentissimusq; Hieronymus. Nec ignoro econtra paruas Ingenioli mei Vires / nullamq; in me esse dicendi artem / vel exercitationẽ / qua tantæ rei possim / non dixerim mediocriter / sed parum satisfa cere. Verum postq̃ Illustrissimę Diuę Augustę meę & Principi parendũ fuit / malo potius meas ab omnibus ĩneptias accusari / q̃ non parere / non obsequi / non obedi re: Quãdoquidem Sacra testante Scriptura / Melius sit obedire / q̃ sacrificare. Si quid ergo minus eleganter / co piosevé dixero / indulgeatis obsecro. Loquar enim sermo ne plano / & familiari / non ornato / aut eleganti / qualem fortassis Splendidissimus hic conuentus expectaret: & eo breuius loquar / q; intelligo / omnino longos hoc in loco / hocq; tpe odio haberi sermones. Matrimoniũ enim

quid sit

quid sit, vbi, & per quem, quibusq; verbis fuerit institu-
tum: Quae Sacrosancti Matrimonii causae fuerint, quot
sint illius bona, prout iu Bibliacis, caeterisq; libris sacris
traditur, q̃ cursim percurram⁹, omissis quae dicit Aristo
telesin Ethicis, & Oeconomic⁹ Xenophontis. Et quidē
Matrimonium est Viri, & Mulieris coniunctio, Indiui-
duam vitae consuetudinē continens: Dictumq; est Ma-
trimonium, quasi matris munium, non autem Patrimo-
nium, ea maxime ratione: ꝙ & dum vterū gerit, & dum
parit, & postq̃ enixa est, longe plura Mater ipsa, q̃ Pater
onera toleret, atq; ferat. Quae res ita clara est, ita omni
bus patet, vt nullis extrinsec⁹ argumētis indigeat. Fuit
autem & ipsum Sanctum Matrimoniū, in caelis, & in Pa
radiso delitiarum institutū, & ab ipso Omnipotēti, Maxi
mo, Aeternoq; Deo, cum inquit, hoc nunc os ex ossibus
meis, vel, vt aliis placet, dum dixit, Crescite, multiplica-
mini, & replete terram. Quo igitur in loco digniori, a
quo autore excellentiori institui potuisset profecto non
video? Bona autem huius Sacri Matrimonii, etsi multa
sint, etiam secundum Ethnicos autores: Nam cōiuge ꝓ
ba dulcius vsq̃ nihil extat, ĩquit Theognes: Nec diuitię,
nec quicq̃ aliud, tantum voluptatis habent, quātum vir,
& vxor boni, dicit Euripides: Tria tamē praecipua sunt:
Proles, Fides, Sacramētū: quae singula explicare satis, su
praq; satis longum esset. Causas vero institutionis huius
Sacri Matrimonialis Sacramēti, plures fuisse, Sancti no
stri Doctores voluere. Imprimis susceptio prolis, maxi-

ma causa fuit euitatio etiã fornicatiõis: Dehinc ĩter Prin cipes maxima causa fuit reformatio pacis: Statuũ / reipu / blicecꝫ trãquillitas / quibus ex rebus Beatissimi Romani Põtifices / & autore Spiritu Sancto / cõditi Canones / in gradibus etiã humana lege ꝓhibitis / matrimonia cõtra hi summa cũ rõne dispẽsant. Sunt causæ & aliæ ꝑplu res / a sacris cõsuetudinibus / & doctoribus approbatæ / q bus Matrimonia fiũt: puta Vxoris ꝓbitas / honestas / pul chritudo / diuitiæ / amicorũ copię / Cliẽtellæ / affinitas / cõ iũctio / & his similes / quas ne dicẽdo sim ꝓlixior / omitto.

His / & aliis quãplurimis iustis / honestissimisqꝫ de cau / sis / ꝓbe / prudẽterqꝫ statuit / Illustrissima / Serenissimaqꝫ Domina mea / Illustrissimũ / Serenissimũqꝫ Pricipẽ meũ. Sabaudiæ Ducẽ Primogenitũ suũ / Sancto Matrimõio / præcedẽtibus imprimis Sponsalibus copulare. Quæ cũ ita summa ratiõe ꝑsuasum haberet / cogitaretqꝫ ꝑ sentẽ / tia illa Poetę Nasonis. Si qua vis apte nubere / nube pari / ex omnibus Christianis Principib⁹ / filiã tuã. Primogeni tam Illustrissime Princeps delegit / quæ visa est ad hono rem Æterni / Maximiqꝫ Dei / ad decus vtriusqꝫ / ad vtili / tatem reipublicæ / & vota vtrinqꝫ subditorũ magis con uenire. Diuina itaqꝫ afflante gratia / & Spiritu Sancto co operãte / hoc / summa omnium cum lætitia / perfectũ est.

O fœlix / Beataqꝫ coniunctio. O fœlix / & fortunatũ Vtriusqꝫ Principis Imperium / cui tantum a Deo Sum mo bonum collatum est: vt post alias iam pridem inter hos Illustrissimos Principes / initas affinitates / hec vna

nouissima

nouissima/& omnium iocundissima iungatur. Deo igitur Immortali/& eius Gloriosissimę Genitrici/gratias omnes agere/habereq; debemus/de tali/tantaq; coniūctione. Illustrissimi scilicet/& Serenissimi Prīcipis/dominiq; mei Philiberti Sabaudię Ducis/& Illustrissimę Pudicissimæq; Virginis Marię Primogenitæ Illustrissimi Excellentissimiq; domini Mediolanensiū Ducis/Quorum de laudibus/& maiorum/Illustrissimorūq; Progenitorū gloria nō mihi si linguæ centū sint (vt ait Poeta) oraq; centum/Ferrea vox/digne satis possem explicare: Non igitur hoc loco cōmemorabo Illustrissimum/& Nobilissimum Sabaudię Genus/& in toto Terrarū orbe Splendidissimum/vtpote Imperatoriū Stemma a Saxonicis Otonibus per Magnanimū Beraldum/nepotē Imperatorium oriundum. Nō dicam Illustrissimos/& Inclytos/ac Diuinos Principes/qui ex hac Illustrissima familia in toto orbe refulxerunt. Nota sunt omnibus Illustrissimorum Sabaudiæ Principum/Ducum/Regum/Comitū/Marchionum Illustrissima/Præclaraq; gesta/quæ si dicere/narrareq; instituissem: nūquā certe dicendi finem facerem. Nota est etiam omnibus Gloriosa/Superexcelsaq; Nobilitas Illustrissimæ/& Serenissime dominę meę Hyolātæ/sororis & Primogēitę Christianissimorū Frāciæ Regū/& Illustrissimi Prīcipis dn̄iq; mei Philiberti/Sabaudię Ducis Genitricis/quā inter oēs/Reginas/Prīcipes/& dominas quæ vnq̄ fuerūt/vnam omniū Sapientissimā/& oib⁹ virtutib⁹ ornatissimā pace aliarū dixerim.

 ausim

ausim appellare. Quæ sicuti Christianissimo Fráco rũ Ságuine nata / ita etiam Christianissima / Nobilissima / Sapiẽtissima / & omnium virtutum corona prædita / atq; refulgentissima est / cuius Laudes / & præconia hoc in loco silere proposui / ne res sua natura Illustrissimas / ac pene diuinas / mea inculta oratione videar obscurare. Tacebo & hoc loco progenitores tuos Illustrissimos Principes / ex Nobilissimo Sforciarum / & Vicecomitũ genere natos / quorũ præclara / & Nobilissima gesta / non mea oratione / sed Ciceroniana potius / aut Cælesti / pro suis meritis indigerent / quæ omnia libens præteribo / ne solem facibus (vt aiũt) videar adiuuare. Silebo & laudes tuas proprias Illustrissime Princeps: qui maioribus tuis nõ inferior / Virtute tua / Cælum / & Sydera tangis. Nec attingam hac tenui oratiuncula mea Summam Sapiẽtiam tuam / Fortitudinẽ / Magnanimitatẽ / Liberalitatem / Victorias / Triumphos / & reliquas omnis ꝓpe diuinas Virtutes / Laudesq; tuas / quas potius admirari / q̃ laudare / referreq; possem. Illud satis est / ꝙ Patrem tuum Illustrissimum Franciscum Sforciam / talem / tãtumq; Cæsarem: & Principem ita Imitatus es / vt in toto sis Orbe terrarum / tuis Maximis Virtutibus / tuis Clarissimis Gestis Celeberrimus. Quare Deo Omnipotenti Maximo / atq; Immortali nos plurimũ debere fatemur / quibus hoc tantum / tamq; cõmune gaudium concessum est / vt tam Inclytam / tamq; Illustrem Virginem / tam Illustrissimi Principis / tã Illustrissimæ Excellentissimæq; Genitricis

Bonæ de

Bonæ de Sabaudia natam/nostro Illustrissimo/ Inclytissimoq́ Principi/& Duci Sabaudiæ desponsatam iri videmus/quod fœlix/faustũq́ tibi imprimis/ ac Illustrissime Principi/Augustæq́ meæ Inclytis/ac Illustrissimis Spõso/& Sponsæ/ Vtriusq́ reipublicæ/omni Italiæ/ac toti deniq́ Christiano Imperio sit. Quod vt iterum fœlix/ & diu faustum sit/Deum Oramus Immortalem/ qui te/ & nos/cum ipsis Inclytissimis/ Illustrissimisq́ Sponso/ac Sponsa velit votiue/ Fœliciterq́ longos saluere per Annos. Amen.

Oratio habita in Principio Studii per Clarum Oratorem. D.P. Caram: In qua continentur Sciẽtiarum Inuẽtores/& Laudes.

VEhæmenter me solet delectare/Magnifici/præstãtissimiq́ Patres/ Vosq́ cæteri viri amplissimi: Quod diuinitus in Achademicis sensit Aurelius Augustin9: Res magnas/cum a paruis quærerentur/magnos efficere eos. Nam si laudes eo metimur/quo ad opa virtutũ extẽdunt: quod Aristoteles ad Eudemiũ tenuit: Nimirum quãto maiores causas efflagitãt hoies/tãto se clarius efferẽdos pbent. Quod cũ ego mecũ animo volutare nõnunꝗ incipio: fit vt/quod nunꝗ essem arbitratus/ꝓ eruditiõis meæ ꝑuitate/ĩgeniiq́ tarditate/licere mihi cẽseã in cõspectu vestro/in hãc tã amplissimam

Exordiũ ꝑ principiũ. Beniuolẽtia a ꝓpria persona. Principiũ ab autoritate.

plissimam sedē ascendisse:& ita quidē ascēdisse:vt amor:
& singulare meum erga vos Studium Clarissimi Viri
postularit:Nam nec vlla me necessitas huc depulit/nul/
la ratio.Non.n.indiget grauissimus auditus vester Ora
toris iunioris.Qui iampridem omnium Artiū/& Scie
tiarum fontes in hac Splendida/celebriq; Vniuersitate
possidetis:& estis in mediis earum rerum fluminibus:qua
rū sum ego nuper cunabula tractaturus. Nec ego me cē
seo medullitus/radicitusq; illa declarare posse: in quo/
rum corticibus demonstrandis/vix arbitror maiores
nostros satisfecisse. Quis est enim qui Sciētiarum lau
des/differentiasq; probaturus/quod in pręsenti facere
constitui:si modo quantum oneris sumpserit/etiam atq;
etiam meditetur:non vereatur summopere/ac ab ora/
tione abhorreat. Tantę sunt autem harum partitionum/
& rationes/& sententie/tam multiplices apud Vete/
res/eosdemq; non minus græcos/q̄ latinos opinatus/&
controuersiæ/tanta priscarum Historiarum diuersitas/
Vt nemo recte metiri queat patres Amplissimi.

Beniuolē tia a pso/na audi/torum.

Attētio.

Beniuolē tia a mate ria/cū do cilitate.

Itaq; vt is Sapiens appellabitur/qui quęsiuerit perfe
cte veritatem/etiam si ad eam non peruenerit/cum &
magnarum rerum honestus sit conatus/etiam si succes/
sus non fuerit. Sic ego hunc me tādem fructum putabo
dicendo consecutum:si non iniquo animo/rem tantā au
dieritis:vt hoc saltem argumento laudari queam/q rem
præclarā/& omni summo viro dignā pertractandam/in
manibus sumpserim. Quam si non expleuero/q̄rum

Epylog9 principii.

eius &

eius & magnitudo postulat, & Splēdor expetit: ea tamē, quæ potiora sunt immortalitati litterarū cōmēdata per tingam. Est in hac Alma Taurinēsi Ciuitate Magnifici Viri, Vosq; cæteri Patres amplissimi: iampridē studiorum Vniuersitas a Summis Principibus, maximisq; viris constituta: Collegiūq; decretum: Vbi neq; Virtutum, neq; Disciplinarum penuria inueniatur. Proinde cum hisdem decretis, Magnæ Vacationes iccirco sancitæ sint, quo detur aliquod interuallum animo, pro Seneca nostro, vt & illud seruetur Tulii: Quod sint ad studia reditus: hoc die postero Diui lucæ, regressus ad Doctrinarum vbertates ordinatus est cōtinuus anno quoq;. Conuenimus propterea huc omnes, vt gratulemur vicissim hoc tam fœlici die, Principe bonarum Artiū. Hæ igitur, quæ sint, videndæ sunt, quo & lætentur q sciūt: & qui contendunt, ad studia indies, magis, magisq; inflamentur, audita facultatum tam excellenti maiestate. Narratio

Epylogus secūdum narrationem

Tria igitur consideranda sunt: Qui fuerint Scientiarum Inuētores, Quāta sit earū, īter se Nobilitas: Quęq; reliqs antecellere dignoscatur, & harū singuli grad9. Vltimo vero loco quātū emolumēti, q litteris operā p̄bent, assequantur & Humanitati, breuius multo, q̄ materia patiat̄ pcurremus. In primo autē loco funditus incedendū est Viri doctissimi, ab ipsisq; vsq; litterarū Inuētoribus repetēda memoria: gradatimq; vt Inuētę sint artes, & exculti sciētiarū fœtus, pgrediendū. Primus omniū, q litteras īuenisse dicat̄. P. Amplissimi, quod est

Diuisio tripartita.

Cōfirmatio ad primā diuisionis partē per multas pticulas.

Lr̄arū īuētio prima.

 Græcorum,

Græcorum/Latinorumq́ libris itelligere valui/ille vir Clarissimus extitit Abraham9.Hic.n.eas Caldęis/& Syriis primus & reperiit/& tradidit. Nam cum is primũ per id temporis/quo fuerat inter Caldęos/in considerãdis/& astrorum/& Cælestium orbium motibus: in rerumq́ principiis Inuestigandis/omnibusq́ demum naturæ viribus speculandis/prima quadam exercuisset lege/non solum sacras litteras adinuenit/sed & solutiones somniorum/quod Philosophus præstãtissimus Philon testatur in eius ciuili vita.Quibus tam Splendidis inuentis idem Philon eundem Abrahamum in libro de Gigantibus interprætatus est/quod Egregium/& conspicuum patrem. Hunc autem Imitatus est Moses/qui huius inuento secum animo volutato/apud Iudeos autor litteras tulit:qua tempestate ferret diuinas leges. Hunc ipsum Phœnices prosecuti sunt/quos ꝓpterea primos litterarum inuentores appellant nonnulli/quoniam eas ita in vsum dederint/vt præceptores multorum fuerint.Quamobrem Lucanus inquit: Phœnices primi (famæ si credimus) ausi/Mansuram rudibus vocem signare figuris.Quo etiam nomine in libris de natura deorum vsus est in litteras Cicero.Iccirco sunt qui velint Linum Chalcidem/litteras ex Phœnice tulisse ad Græcos/& eas Herculem docuisse. Verum cum ita res se habeat/sunt, qui nomen hoc/cur Phœnices litteræ vocentur:multifariam partiti sint.Nam cum Arcades/atq́ omnes fere Græci/Cadmum proferant apud

Litterarũ inuẽtio secunda.

Litterarũ inuentio tertia.

Litterarũ inuentio quarta.

eos

eos litterarum inuentorem: Alii contendunt fuisse illũ, qui & Milesius, & Pandonis fuerit filius. Alii potius Agenoris filium Cadmum recitant: qui Thebas condiderit. Hoc eo videtur probabilius: ꝙ eum Milesium aliquanto narrant Iuniorem Orpheo: cuius vel in hunc vsq; diem opera legi valent. Quando igitur is Agenoris filius ab Phoenicibus in Bœotiam delatus, eas litteras Græcos docuit: propterea volunt Phoenices appellari. Lydi quidem, atq; Iones censent id nomen dictum a Phoenice Agenoris eiusdem filio: quem primũ litteras testantur reperisse. Cretenses inde nominis huius originem traiecisse ducunt, quod in palmæ foliis, quæ Phoenix dicitur prisci scribere consueuerunt. Scammon autem cum secundum de inuẽtis librum edidit: nomen huiuscemodi litteras inquit traxisse ab Acteonis filia Phoenica Aglauri, Hersæ, ac Pandrosi sorore, quas filias Acteon habuisset, marem vero neminem: quiq; quando filia mortem obiisset Virgo, Phœnices litteras nominasse fertur. Sed cum essent iam obsoletę Litteræ, Cecrops apud Atheniẽses illas renouauit: quare sunt Atticæ vocitatę. Hinc quidem Palamedes vir sapiens, cui Nauplius pater esset, Climena mater: cũm foret in castris aduersus Illium, & tabulas inuenit ne staret ociosus, & aleas ludendi gratia, & numeros ad censendum exercitum, & mensuras, & pondera: Præterea & quatuor litteras addidit. Z. vnã, & illas Græcorũ tres crassas: θ φ χ: quas in tres latini vertũt cõsonantes: &

Litterarũ inuentio quinta.

Additio ad litteras.

tes: & qui velint ¶ additum ab eo quoq; sunt plurimi. hos omnis Ægyptii secuti sunt: apud quos litteras inuenit Mercurius, cui Vulcanus Nili filius successit in regnum. Vtebantur.n. prius animaliū formis: quod ipse Cordubensis ita descripsit cum inquit: Nundum fluminea Memphis contexere byblos Nouerat: in saxis tantum, volucresq;, feræq;, Scalptaq; seruabāt magicas animalia linguas. Post hunc vero Vulcanū, qui perhibetur annis octingētis Alexandrū Magnum antecessisse. Latini se litteras a Nicostrata cognomento Carmente profitentur habuisse. Hec.n. cum Euādro filio nauigās in Italiam ex Archadia, primum perita vaticinādi per oracula canit futuros parentibus rerū euentus, deinde litteras, Græciā imitata, latinis tradidit. Nuperrime quidē Hieronymus Diuus, omnium litterarum elementa rimatus apud Sclauos, qui Viri fortes interpretātur, inuenit litteras: quæ nouas prolationes interciperēt. Proinde Sclauorum, & Albanēsium omnes pœne Populi nouis vtuntur litteris. Iudei, quas Moses inuenit, seruāt. Caldei, Syrii, Phœnices, & Egyptii, quas Abrahamus reperit continent. Omnes Græci Cadmeas illas accepere: reliquę omnes formę desiere. Sed cū id minus foret litteras scire, nisi certo gradu, formaq; iungerētur, Promethe9 primus omnium, q apud Hesiodū, Epimetheū monet, inuētor GRAMMATICÆ, quam nos Litteraturā appellamus, dicitur extitisse. Hec ars autē rudis quiddā speculari videbatur, vt quicquid in os incideret benedictum

Litterarū inuentio sexta.

Litterarū inuentio septima.

Octaua litterarū inuentio.

Sclau9 qd significat.

Grāmaticæ iuētio.

ctum Grámatice foret/proinde vsus eẽt loquẽdi. Quod cum intellexissent præstátes viri/vidissentq; recte/quadam & consonantia/& voce litteras inuentas/iisdem ducibus cõpositas/ex his syllabas/ex syllabis dictiones/nec esse multa sine rectitudine/qualia & constructus/& regimina/& significatus acciperent/ vberius Grammaticam descripserunt. In his (reliquos mitto) Priscianum multifacio/qui practice præclare locutus est. Donatum autem/& Aulum Gellium/& Seruium/& Macrobium/in locis plerisq;/qui medullitus sunt speculati ea/quę possent pluribus apparere abdita/duco maximi. Cõmẽtatores illos castigatiõe/vel potius emẽdatione dignos arbitror/qui leuiora hec in philosophiæ mare nituntur adducere/cum argumentis suis illud Terentii facientes/ne intelligendo/vt nihil intelligant. Vocabulorum expositores hic necessarios iudico/quales nouimus. M. Varronẽ/Sextum Põpeiũ: & Noniũ Marcellũ. Hec quãti fuerit apud veteres Amplissimi Patres hac vna potestis asse qui cõiectura: Quod legebat publice ab iis oĩb⁹ sũmis viris/quos supra mẽini/& ab aliis multis. Nã & ipse Tull⁹ Arpinas Romã ꝑfectus/publice Grãmaticã docuit. Inter Græcos autẽ taceo infinitos. Hodie vero quiuis infimo loco natus/ne fame prematur scholas regit. Non dixerim non inueniri plurimos eruditissimos Grammaticos in publicis ludis: singularibusq; Principum filiis præfectos multo plures/Quasi apud Achillem Pælleus. Sed tanta est reliquorũ Imperitorũ turba: vt iamil

viri: quibus

viri:quibus vlla sit doctrina/ dedignentur grāmaticam exercere/cum tamen ii qui eam ignorant/vel non recte norunt/quod par est:pecudes apud homines videantur. Quod & poeta Græcus præclare sensit ille dicens αν θρωποσ αγραμματοσ ξυλλον ἀκαρπον εστειν. homo illitteratus lignum infructuosum est. Accedit ad

Rhetorices inuentio.

hec Rhetorica:quam artem benedicendi veteres scriptores diffiniere:q̄ q̄ ī plerisq; locis cum Grāmatica/passibus æquis/ambulare dignoui. Nam ea vis dictionum in illis est minor:In Rhetorica subtilior. Querit enī nedū quid æræ significēt/sed quot significēt/ qdq; Vniuscuiusq; vocabuli ꝓpriū sit. Deriuationes quoq;/ Cōpositiones/ Ethimologias/ Traductiōesq;/ q nesciūt/ vel peccēt in Syllaba/ nō ausint se Rhetores apud p̄claras aures appellare. Quare iā tāta græce disciplinæ nos necessitas vrget/ vt q nō teneat/e Rhetorū numero deiiciendus sit/& exibilandus. Huius autē inuentorē eundē Abrahamum fuisse descripsit Philon. Empedocles Agrigētinus mox ita in cōmunē vsum eloquiū duxit/cū intelligeretur non sufficere priuatim Philosophari / nisi publice persuaderetur: vt incredibile dictu sit. Nam interea multi/quos Paulo inferius nominabo/seipsos/rerumq; naturam speculati Philosophabantur. Multitudo vero in montibus/ & latibulis / ferarum more vagantes/nec vrbes inhabitantes/nec habentes domicilia/nō coniugia celebrantes/ nec humanitatis quicquam sentiētes: Statim & Pherecides Syrus Prosam Orationē primus

inuenit:

inuenit: & cum non minus recte dicẽdi, atq; orandi, q̃ artificiose scribẽdi ratio demolliire posset, Theseus ille vetustissimus Athenarum conditor Eloquium coluit. Nã nunq̃ vrbis condendæ consilium habere potuisset, nisi agrestes illos, & Indomitos homines orationis maiestate deliniuisset. Tantũdem factum est ab Amphione, qui nequaq̃ Thebas cinxisset mœnibus, nisi dulci Sermone in sententiam suam duritiem hominũ traduxisset. Ad hec inter veteres quoniam esset Eloquium prætermissum, Nestor inuentor appellatur, cuius ore melle dulcius eloquium effluxisse cantant. Sed hec Rhetorica Patres Doctissimi: multos errores, tandẽ cũ esset in scriptis edita, duxit in hominum mẽtes. Nam Menedemus sua magis, q̃ veritatis sententia fretus, censuit a natura eloquentiã proficisci, nec vlla contineri arte: quod dicebat in Antonio Principe Romanorũ Oratorum videri posse. Hanc opinionem protulit etiam Lysias. In eandem incidit & Cleantes: quippe qui diceret naturam quẽlibet docere posse, vt & blandiretur, & rem suam enarraret, & argumentis firmaret. Mouebanturq; hac ratione, quia neminem intuerentur ante Thisiam, Coraem, & Gorgiã, artem scripsisse, multos tamen se eloquentiæ dedicasse, quam exercerent pro ingenii bonitate. In hac etiã opinionis falsitate sunt hodie multi, quiq; nolint eam artem dici, quæ sit collectio præceptorũ ad vnum finẽ tendentium: & in Rhetorica finẽ vllum prospici negẽt. Eum tamen plures Philosophi, & imprimis Aristoteles Artẽ

Rhetoricam

Rhetoricam nominent. Mnasarcum vero scimus voluisse Rhetoricā nō artē, sed virtutē dici. Quibus quidē diuersarum opinionū formis facile respondetur, & fuisse multos, qui tanta polluerint Ingenii vi, naturaeq; facundia, vt cum exercitiis, continuisq; declamationibus, in summam euaserint eloquentię laudē: & fuisse rursus, qui solam artem sequerentur, quibus cum natura plurimum aduersaretur, parum fructus sunt assecuti: Cōcludēdūq; deinde, cum Vox, & Pronunciatio, & Memoria, & pulcher Inueniendi modus a natura suam originē trahant, illum perfectum Rhetorem: qui cū Arte, Naturae munus contineat: qualem Demosthenē fuisse legimus: qualem Isocratem: Lisymacum: Eschinem: & Brutum & innumerabiles alios. Illi quoq; sunt plurimū irridendi, qui Rhetorem eundem, & Oratorem cēsent: Nam Rhetoricem, vt Instrumentū Orator habet, quo vtatur ad pertractādam materiam. Sua vero materia infinita est, cum eum de his rebus Cūctis posse dicere voluit Cicero. Cōsultus. Fortunatian9. F. Quintilianus: Victorinus, q̄ in cōem vsum q̄stioneq; ciuilē incidant: Proinde nemo Orator est appellandus, qui non valeat ex infinita rerum sententia cum eloquētia sapientiam immiscere. Quod vero multi somniant, oratores mēdaciorum sepisper tutores esse: Quintilianus ipse respōsum attulit: Qui relinquūt rationem, Oratores nō vocari. Cum ergo in hāc ipsam eloquentiam ne nuda, exilis, & ieiuna foret, esset opus maiorum rerum cognitione, tres illę insurgunt disciplinę: Poesis:

Ars a virtute differt.

Rhetor & Orator differūt.

Orator ꝓprie q̄s appellādus.

næ: Poesis: Philosophia: & Historia, quarum inuentores declarandi sunt, ex iisq; quidam primi perquirẽdi. Nam cum prȩclare quicq̃ agebatur, quo magis ad virtutes reliquorum incenderentur animi, collocabantur in Historia. Tum Poeticis figmentis, Philosophiaq; confirmabatur, augebaturq; ciuilis cultus. Quãq̃ Historiarum scribendarum nonnulli inuentionem Phericidi Syrio dedant: eius tamen est danda Palma Cadmo Milesio. Deinde floruit in ea re apud veteres Herodotus Alicarnasæus, quem patrem Historiarum appellamus. Tũ autem Tucydides, Tum Xenophon Socraticus, quem Musam Atticam vocant: Nostros sileo: sunt etiam omnes græcos imitati: qualem & Iustinum scimus: & Quintum Curtium: præter Titum Liuium Patauinum, q res Romanas enarrauit, & Sallustium Crispũ, & Plinium, qui naturalem Historiam narrans, ĩmiscuit plura: Valerius quoq; apud nostros mixtim locutus est: & Plutarchus: & Suidas apud Grȩcos: Sileo Varronem, & Celsum, & eos, quorũ opa nõ extãt, q ĩ testes a Plinio memorãtur. Quȩ qdẽ Historia quãtũ artificiũ habeat, inde videtur: q ordinem temporũ seruat: Regionũ descriptionẽ, Maximarũ rerũ, & Cõsilia, & Actiones, & Exitus: & ipsas demum Regũ, & Sũmorum Vitas ita narrat, vt poni ante oculos videant. Hec satis. Ad Poetas veniamus. Huius artis Egregiæ Splendidissimus autor Museus fuit: cui successit Orpheus: hisdem temporibus: & Hercules: & Pronapides viguerunt: Qui cum

Historiæ inuẽtio.

Historiæ vtilitas.

Poesis inuentio.

Orpheo

Orpheo discipuli fuerũt Lini Thebãi: vel Apollinis: vel/ quod dicũt alii/ Vraniç musç/ Mercuriiq́ filii. Fuere suc cessiue apud Ægyptum qui extiterint insignes in admi ratione Poetica: sed & ante horum tempora Vulcanus Nili filius cepit poetico numero de rerum natura dis/ serere. Mosen quoq́ scripsit Philon/ & a Græcis Docto/ ribus græcas disciplinas edoctum: & a figuratione poe tica minime abhorrentẽ legimus. Horum autem Poeta rum proprium est quadã syllabarum/ vocũq́ concinen tia/ non id quod vulgus censet/ aures solas demulcere/ sed allegorias multarum/ maximarũmq́/ tum Humana rum/ cum Diuinarum rerũ sciscitari: Morumq́ delecta/ tionem cõponere: quod & idem cum Musica conuenit: quam Pythagoras primus adinuenit: vel/ vt alii volũt/ Epimetheus/ vt tenet Sudas. Nam ꝙ inquit Heracli/ des ponticus Euphronis filius/ in collectione Musicorũ Apollinem/ Iouis/ & Antiopæ filium/ Cytharam inue/ nisse/ doctum a Ioue Patre: & Fabulosum est/ & in ratio/ nem adducitur. Nam Macrobius super somno Scipionis nouem Musas æquiparat octo spherarũ Cæli cãtibus/ cum nona sit quidam modulationis conceptus/ vel q ex modulatione oritur: subiũgitq́ Musas mundi cãtus esse. Pythagorei vero/ Cæteriq́ Philosophi/ qui dicebant se ptem Planetas/ & octauam Spheram in suis Cardinibꝰ volui/ cantum Mundi/ quem dixi quãdam esse modula tionem voluerunt/ in ipsa reuolutione diuino artificio fa ctã: In qua q̃dẽ opiniõe Plato est. Eam Aristoteles repro bat. Fulgẽtius

Poetarum quid pro/ prium.

Musicç in uentor.

bat. Fulgētius quidem Mithologicus vocem naturaliter factam inquiens / necessarias res / Musas asseuerat / quod inquirāt / cū dicantur / vt Isidorus voluit / a μω μωσω quod inquirere significat. Apollinem autem pro pulmone ponit / tanq̄ vocis / & concētus seruatorem: adducitq; rationis suæ testes / Anaximandrū Lampsacenū / & Xenophanem Heracleopolitam. Fuit dehīc Insignis / & Music⁹ / & Poeta Linus Eubœus ex Chalcide / filius Apollinis / & Terpsicore / vel Amphimaro / Mercurio ve Patre / ac Vrania matre natus: qui lyram primus reperit / & versu lamentationes descripsit. Eadem tempestate Arthes Arthedonius hymnos scripsit: Pierius per id fuit temporis / ex pieria monte Macedoniæ / qui scripsit. Et Philamon Delphis / Thamyrę Thracis pater: qui primus latonæ / Dianæq; / ac Apollinis originem decantauit in modulis: & tempora constituit illius templi: quod Delphis est. Dehinc Thamyras huius filius / qui quoniam sonantius cæteris coętaneis suis cantare dictus est / cum Musis certare dicebatur / Tytanum bellum aduersus Deos scripsit. Tum autem Homerus floruit Poetarum Princeps. Demodochū quoq; scripsit Heraclydes Corcineū fuisse / antiquumq; Musicūextitisse / qui carmina tum de Ilii excidio / tum de Martis / Venerisq; cōcubitu scriptitauit. Phemias Itacesius deinde claruit: qui versibus scripsit eorum reditum / qui reuecti sunt cū Agamēnone. Mox autem cum prius omnes scripsissent versus: modulos Stesichorus / & reliqui Lyrici / carminūq; Poetæ

ſunt addere ſoliti. Itaq; tamen nituit Terpander / qui fer tur modulos ſuis / & Homeri verſibus tradidiſſe ꝑ ſingu lis cantus regulis / in ludiſq; primus cecinit / & nomina de dit regulis lyricis. Clonas poſt hunc claruit / qui Tibicini cas regulas / concentuſq; compoſuit / & Elegiographus Poeta fuit / & epicus. Poſt hunc Polymneſtus Colopho nius eadem poemata / regulaſq; ſecutus eſt / inde vocata Polymneſtia. Tymotheus Mylleſi⁹ primus regulas Cy tharedicas verſibus admiſcẽs dictionem Dithyrambicã cecinit: Inde Pythia. hinc Archilocum vult tamen anti quiorem Terpandro Glaucus Italus / quodam de anti quis Poetis opere. Inde vero Mydæ regis tempori bus Olympus Phryx fuit: vt Alexander in eorum col lectione / qui circa Phrygii pulſationes verſati ſunt. Poſt hos Hyagnim vſum tibia legimus / quem ſequitur Mar ſias filius / Iudeorum Iudicum tempore / qui captus men te / ſe in flumen præcipitauit. Sed ante hos multos / poſt multos ĩuenio: quos ſileo breuitatis gratia. Nã & Olym pus ante bellum Troianum grandior natu / q̃ Phryx Olympus fuit: qui Olympo Myſiæ monti nomen tulit. Ardalus quoq; Trœzenius ante Clonam fuit / & Po lymneſtus Mueletis filius / cuius Pyndarus / & Alcman Poetæ / Carminum meminere. Ad ſuperiorem autem ætatem Phrinis acceſſit Mytilene⁹ Canopis filius: ſum ptus ab Ariſtoclide / qui genere Terpãdri natus in Grę cia floruit tempore belli Medici. Clepion pręterea fuit / cuius tempore Cytharæ figura facta eſt / & Aſias voca

ta/qua vterentur Lesbii:qui Asiam iuxta continent se/des. Inter quos quidem Lesbios Peryceletus/ Hyppona/cte fuit antiquior/in quo defecerunt Lesbii. Fuit adhec & Mimnescus Tibicen/& Sacadas Argiuus/& Thaletas Sortynius/& Xenodamus Cytherius/& Xenocritus Locrus/quorum Pratinas meminit. Quid memorem Crexum/ & Philoxenum/ & Iopam apud Didonem i Vergilio. Quid Sappho/ab qua cum Mixolydio tragędiarum doctrinam Poetæ accepere:quæ Lesbia fuit ex Erexo/& plectrum iuenit/& nupsit Andrio Cercylle/a quo habuit filiam Clydam/ cui fuere discipulæ Anagora Milesia/ Gorgilla Colophonia/Ennoea Salaminia/scripsitq; Lyricos modulos/ & Epigrammata/& Elegias/& Iambos/& Monodes. Quid alteram Sappho Mytileneam Psaltriam: quæ Phaonem amauit/vt & Alceum prima: vel Corinam Lyricam Archelodori & Procratiæ filiam/Myrtidisq; discipulam:quæ Pyndarum quinquies vicisse fertur/in mediū adducam. Quid veniāt rursus Melanippides/vel Thorebus/qui primus vsus armonia dicitur/ a Dionysio cognomento Iambo. Sileo Pittacum/Damonem Atheniensem/& Dracontē Atheniensem quoq;/ & Metellum Agrigentinum/ & Bacchilidem/& Tyrteum Archembroti filium/qui rem publicā scripsit Lacedęmoniis/& Anchreā Corinthiū/ & Trasyllū Phliasiū/& Thelephanē Megaricū/& Phocionē/& Antigenidē. Taceo Crinesiā/cui9 ob duritiē dithyrāborū nulli Areopagitę licebat scribere comediam

& Lasum

& Lasum Hermioneū Charbini filium: Phetetratem comicum/qui Alexandrum in exercitu secutus est/& Aristophanem Philippi filium. Nec eorum vllus cadat in sermonem hunc/qui sunt peruulgati/ac triti: quales & Hesiodum/& Sophoclem/& Euripidē apud Grecos/apud nos vero/Nasonem/Lucanum/Iuuenalē/Senecamq; vidermus. Nec vllam mētionem facio de iis ipsis/ qui diuersi ad Comediarū/ Tragediarum/Satyrarumq; carmina se contulerunt/nec id dico/vt in tenorū/neruorum/concentuumq;/tum armoniam/tum artem ars ipsa disiecta sit. Quæ si velim ordine meminisse magnis quibusdam annalibus opus sit. At de Poetis satis. Iā ad Philosophos descendamus. Philosophiam primi Poetæ professi sunt: verum quibus eius proprium foret domicilium/hi perhibentur/quos breui pstringam verbo. Is ille Promethe9/qui Grāmaticam reperit/dicitur Philosophiam inuenisse: sed id multifariam partitū est. Nam apud Ægyptios Vulcanus Inuentor eius fuit/qui quoniam naturæ principia in Ignem conferret/pro Igni cultus est. O viros Ægregios/Priscos homines: qui si quenq̄ præstare Virtute reliquis intuebantur/eum tantis honoribus dignabantur/vt Diuinus cēseri quiret. Hodie qui doctior est/inter reliquos is fit paucioris. Quinimo & illud est apud Insanum Vulgus insulsissimum/ac potius iniquissimum verbum. Omnes sciētes insanire: cum tamen vbi desint q sciant/brutis ii Populi sint simillimi. Redeamus ad rē: Aegyptios iampridem Philosophiam nactos nemo dubitat

Philosophiæ inuētio.

bitat. Omnes. n. Græci doctissimi viri, & Philosophi, & & Mathematici apud eos traiecerunt: & eorum disciplinis imbui curauerunt. Caldei vero apud Assyrios, & Babylonios Philosophiã tradiderũt. Persę habuerũt huius tam præclari muneris largitorẽ Zoroastrem: qui fuerat auditor Agonetis: quem aiunt bellum Troianum annis quinq; millibus antecessisse. Inter Indos autem Gymnosophistæ Philosophiæ Primordia tradiderunt. In Celtas quidem, & Gallos Dryudes, & Semnothei Philosophati sunt primum: quorũ memoriã Aristoteles in Magico retulit, Libyes Athlantem norunt huius doni præbitorem, & eum, cui fabulantur Poetæ cum summa ratione laboranti Herculem amicissimum Lini humeros ad onus cæleste deuouisse. Phœnices Ochum Regem aiunt id apud eos factitasse. Thraces Zamolxim, & Orpheum. Thebani hũc ipsum Linũ. Athenięses Museũ Eumolpi filiũ, referũt q̃stores, cẽsoresq; Philosophiæ apud eos extitisse. Plato vero inq̃t Philosophiã ex Deorũ Immortaliũ dono: Cicero ex Inuẽtione diuinitus hominib⁹ traditã extitisse. Hoc nõ magnũ dicit, Nã omne donum optimũ, & omne datũ pfectũ a Deo pdiit. Cui q̃dẽ Philosophiæ tãtæ sunt cognatæ, Affines, & res necessariæ in morib⁹, & priuatim secũ, & domi cũ familia, liberis, & parẽtibus: & foris, cũ ciuibus, ac Principib⁹, in veri inuestigatione, in rerum natura cognoscenda, vt nequaq̃ recte quisq̃ metiri queat. Quare tot inuentæ Philosophãtium sunt sectę: quales & Hermodomantẽ Creophilim,

 & Thelaugem

& Thelaugem Pythagoræ, filium/& Parmenidē Eleatem/& Leucippum/& Democritum Abderitē habuit Italica Philosophia/cum Nausiphane/ac Naucide doctoribus Epicuri/Thaletē quoq; ac Anaximandrū & Anaximenen ex Mileto Ionice vrbe:necnō Anaxagoram Clazomeniū/& Archelaum Phisicum & Socratem Sophronisci/qui de moribus disciplinam tradidit/& Platonem/Antistene& /& Aristipū Cyrenaicum/& huius nepotem Aristipum Iuniorem Aretis filiū:& Theodorū Theum/& Antipatrem/& Epinmedem/& Parabotem:& Hegesiam Pythanatum/& Anicū Libym. Habuit Cirenaycorum secta/& Anthistenem Atheniensem/& Diogenē Sinopeum/& Grathetem Thebanum/& Zenonem Citticum/& Cleantē Cassiū/& Chrysippum soleū. Habuit Stoicorum secta & Aristocratē/cognomento Platonem & Speusipum/& Xenocratē/& Polemonē/Crātorem/ Arcesilaū/Lacidem/Euandrū/Leontē/ Moschionem Hegesinum.Carneadē Achademia possedit vetus. Noua vero Clitomacū primū/vltimum Armadā & Aristotelem primū deindeq; Tyrtamū Eresium cognomēto Theophrastū peripateticos legimus.Prętereo silētio quos alii nouē/alii decē.Multo maiore numero partitus est Varro Philosophorū sectas.Magna est igit Philosophiæ seges/Proinde iā eam missam faciam⁹/veniamusq; ad id primum.Hec/quæ supra memini/vident eloquiū cōcomitari/vt sine his illud nullū/sine illo hec parua sit: Sed hec mūdana ceperūt paulatim/cū se in ciuilē cultū

hominines

hominestraduxerũt/tumescere quærereq; maiora. Nã ob diuersas valetudines/vt gentes seruarẽtur/indagine summa quęsierũt Medicinam: cũq; bellis se primũ exercuerunt/vt quisq; proprium cognouit/Chirurgica primum medẽdi vis est in vsum tradita: reliquos vero morbos Immedicabiles arbitrabantur/iraq; deorum gigni iudicabant. Huius ergo fuit inuentor Apys Ægyptiorum Rex/Phoronei/& Pithonis filius: quẽ Ochus Machera Rex Persarũ obtrũcatum cremauit cum amicis. Hũc alii volunt Apollinẽ extitisse: quod Naso tenuit/inquiẽs. Inuentum Medicina meum: Nonnulli Assyrii Osyrim appellarunt/quasi oculum videntem multa. Post hunc primus omnium scripsit Medicinam ipsam vulnerũ Æsculaplus in nauicula/quam meminit Hippocrates. Huius duo filii Podalirius & Machaon/Græco exercitui aduersus Troianos interfuerunt: Huius deinde Scientiæ fuerunt sapientes Litteris descripti Pythagoras Samyus/Empedocles Agrigentinus/Parmenides Eleates. huius Doctor Democritus Abderites/cui⁹ discipulũ quidã referũt Hipocratẽ. de quo paulo infra faciam verba. Ab his fuit Chiron/& Pęon. Hippocrates cohus optim⁹ postea fuit Medic⁹/q & patrẽ Heraclidẽ posterũ Elaphi medici Chryse filii/cui⁹ gen⁹ ab Esculapio fuerat primũ audiuerat: dehĩc Herodyũ Selibrionũ & Gorgiã Leõtinũ: & ꝓdicũ. Fuitq; hic Hippocrates belli Pelopõesiaci tpe/& Darii Hydaspę filii: primusq; oĩum Medicinã in morbos tradidit. post hũc Diocles charysti⁹ ĩ Medicĩa claruit

Medicinę inuentio.

Chirurgica ars.

Osyris .i. oculus vidẽs multa.

deinde Praxagoras/& Chrysippus. Hos prætereà secu ti sunt Herophil⁹: qui venarum pulsus in Musicos pedes discreuit per ætatũ gradus. & Erasistratus Aristotelis fi lia genitus: quem/ quoniam sanasset Antiocum Regem/ Ptolemæus eius filius donauit talentis centum: & ab ex perimentis Empericum nominarunt. Post hunc claruit in hac arte vetustissima Anaxagoras Clazomenius/ & Leophanes & Leocipp⁹ Illustres quoq; Philosophi. Epi curus deinde/ac Zeno & Hyppon se medicamentis im/ miscuerunt. Postea Serapion plurimum excelluit: quem sunt Imitati Apollonius/& Glaucias: & aliquanto post Heraclides Tarẽtinus/ deinde Asclepiades/& huius au ditor Themison magni fuerunt in medicina. Ad hoc An tonius/Cassius/Caspitan⁹ Arũtius/Sturtinius Vecti⁹: quem non Messalinæ minus adulterium q̃ Medicina no/ bilitauit. Aurelius Cornelius Celsus non medicina mi/ nus q̃ dicendi vi præstans: Plinius Secundus omniũ sciẽ/ tiarum doctrina imbutus: duo Sorani Ephesii/ pluresq; alii tamen Græci/tum latini: tum antiquiores Arabes. Nouissimus Medicorum omnium inuenitur Gallenus pergameus/ qui omnes præter Hippocratem superauit. Omitto multos qui temporibus nostris interfuerũt: ve/ teres memoro. De Medicina satis dictum fuit. Iam vlte rius incedamus. Cum essent homines in ampliorem cul/ tum vitæ ducti/ non ea solum quæ in corporũ curis quæ rerent/procurauit: sed iam anhelantes Imperia/ & Prin cipatus: & animis Elatioribus tracti/ modũ quendã scisci/

Iuris ciui/ lis inuen/ tio.

tati

rati sunt, qui & metu, & ratione recta imperans mala prohibens, resisteret humanis cupiditatibus, vt & ea quæ vi fierent arctarentur: & fidem seruando societas humana seruaretur. Hec inq̄, hec fuit insignis inuentio illa Iuris Ciuilis, nõ modo non superflua, sed cunctis gentib⁹ necessaria. Huius scientiæ inuentorem & Græci, & Latini, tum Historici, tum Canonistę Mosen fuisse consentiũt. qui diuinas leges antiquis Hebreorum contulit Populis. Hic annos trecentos quinquaginta bellum Troianum antecessit, fuitq; coætaneus Cecropis primi Atheniensium Regis. Qui Cecrops & ipse in specimen Matrimonii primus omnium tulit leges. Mosen talem fuisse testatur decretum in sexta distinctione capitulo Moses. cuius verba sunt Isiodori Ethimologiarum Libro quĩto. idẽq; attestatur quintum & vigesimum Esodi capitulũ: ac Philon scriptor Antiquissimus. Cecropis vero leges verborum erãt p̄cepta. Sed Phoroneus, Apis primi Medici pater, prout habet in.c. forus de verborũ significatiõe, leges primus omniũ tradidit Græcis, cõstituitq; iudicia in scripturis: quæ qui nõ seruaret pœna plecteret infamię. Hoc assentit & is vir doctus q Scholasticã Historiam edidit: & Plutarchus vir insignis: & Sudas. Mox Ægyptiis quoq; leges sunt a Mercurio Trimegisto traditę, quib⁹ indicta est multa, quã quæ sit p̄clare denotant veteres harum rerum exploratores. Deinde & Dracon primũ paucas quasdam: & Solon ex Septem Gręcię sapientibus vnus Atheniensibus leges descripsit multo plures,

Moses trecentũ annis ante bellũ Troianum.

qua ratione pulsus est a Vulgo:& randem publicam au-
toritatem sunt nactæ. Interea Lacedęmones a Lycurgo
Sapientissimo illo sunt leges adepti/cum prius consul/
tus Apollo de Lycurgi Sapientia sic respõdisset/vt He
rodotus meminit Æthereo dilecte Ioui/cũctisq; Lycur
gæ Cælicolis/qui nostra venis ad pinguia templa: Am/
bigo quem potius re nunc/Hominemue/Deumue. Vati
ciner: Diuũ potius te spero Lycurge. Ob hoc tamen tan
excellens inuẽtum in hunc Lycurgum spartiatam lapidi
bus insurrexerunt Lacedęmonii/ac eius oculũ eruerũt/
furente instanteq; Alemandro. Interea & Palamedes ad
iudicãdum exercitum leges tulit. Paulatim post vrbem
conditam primus Rex Romulus vrbis conditor/cum di
uisisset Populum in triginta curias/leges quasdam pro
tulit Curiatas. Secundus Rex Romanorum Numa
pompilius Sabinus ille vir inter Gentiles pientissimus/
Romanis edidit leges:quæ nullum ciuilem cultum/præ
ter/Pietatem admittebant. Imitatus.n.fuerat Pythago
ram. Tulerunt & leges alii Reges cuncti præter Super
bum:qui vt Tyrannus eas neglexit/has omnes Papirii li
bris descriptas recitant:vnde fertur ius ciuile Papiria/
num prodiisse. Paulatim cum essent grandiores homi/
num effectæ mentes: nemoq; proprio contentus viue/
ret. Iamq; post expulsum a Bruto Tarquinum super/
bum propter Lucretiam/exactosq; aliquãdo Consules/
Populus in seditionem irrumperet/annosq; viginti si/
ne legibus/moribusq; viueret:Haud diutius Magistra/
tus inuenustos/

tus inuenustos/& iniquos ferre homines potuerunt. Itaq; cōmuni consensu Appius Claudius Gemitius Verrius/Iulius Manilius/Sulpitius Sectius/Curatius/Nomedius/pohumius Manilius/Hi sunt delecti decemuiri: qui Græcas Ciuitates peragrantes leges ad latinos traducerent: quas cum est Solonis libris in Eburneis decē tabulis traduxissent/omnia eodem publico consensu autoritatem anno illo interprætandi sunt adepti/corrigēdiq;. Quibus cum ad ciuilem vitam non nihil necessarium deesse videretur: duas Hermodoro Ephesio autore condiderunt/& eis addiderunt tabulis: quare Ius est duodecim tabularum appellatum. Placuit tunc ciuibus vt liquescerent Iuris rationes/magis in communem disputationem duodecim adducere tabulas: Itaq; proinde Ius ciuile dictum est. Cum autem ad vsum essent Inuenta iura in Actionem ceperunt trahi/vnde legum actiones ordiri visæ sunt. Omitto hic/vt annis Centū apud Pontificum Collegium quis priuatis præesset ordinabatur. Flauianum ius sileo/taceo Helianum/Sileo Plębiscita: omitto quid lex Hortensia constituerit. Sileo Senatusconsulta. Honorarium ius prætoris taceo. Sileo vim Iuris constituendi principi datum. Rursus & ea quę sunt propterea Imperia in magistratuū & multitudinē/& diuersitatem ordinata taceo: ex qbus scimus decem Tribunos: duos Cōsules: octo & decem Prætores/sex Ædiles in Ciuitate Romana iura reddere solitos. Taceo publiū

Actio legū

Papium:

Papium: Appium Claudium: quem in decemuiris supra memoraui, Alium item Appium. Claudium: qui vt non reciperetur in vrbe Pyrrhus sensit: Simphroniū quem appellarunt σοφον, Scipionem Nasicam. Sileo Quintum Mutium, cuius apud Carthaginenses, tam Magnificum responsum extat. Tiberium Corrūcanum, Sextū Ælium Cecilium, & Publium Actilium, & Publiū Mucium: & Brutum, & Maniliū qui fundauerunt Ius ciuile: Rutilium Ruffum: qui Asiæ proconsul, & Romæ consul fuit, Paulum Virginium, & Quintum Tuberonem Pansæ auditorem. Sextum Pompeium, Celium Antipatrem Scriptorem Historiarum eloquētissimum: Luciū Crassum Iurisconsultū pro Cicerone disertissimū, Aquilium Gallum, Lucilium Balbum, Sextum Papiriū, Caiū Iubētium: Seruium Sulpitium, Albū Lucillū, Alpheum Varū, & Infinitos quos numerosum magisq; vtile foret recitare. Vt & Cassellium fuisse legimus & Trebatium, & Labeonē: & innueros illos, quos partim meminit lex secūda digestis de origine iuris, partim videmus indies in Iure ciuili florere magis. In volumē vero ius ipsum cōstituere Gneus Pōpeius voluit, ꝑuentus vero bellis ciuilibus nequiuit. Eodē pacto cū desideraret. C. Cęsar Morte prius diē obiit. Eas leges iā obsoletas innouauit Constantinus Cęsar. Theodosius minor in Codice quem appellant, ordinauit. Iustinian⁹ tandē ab Vrbe Cōdita mille quadrīgētis annis hunc codicē edidit, quem habemus in vsu: quod refert. L. ii. circa principiū. C. de veteri iure

enuclean do

enucleando. Hec de legibus/iureq́ꝫ ciuili sententia ꝓbatissima/ veraq́ꝫ philosophia. Nunc autem essent Iuris Pontificii primordia recensenda/ nisi censerem hec noua/iam esse vulgatissima. Nam quod in Iure ciuili acrimoniã seruat/& veluti seueritatem quãdam/Gregoriana pietas coarctauit/ad humanitatemq́ꝫ/ac mansuetudinem flexit. Proinde his cognitis Summi Pontifices responderunt aliquãdo ad facta per rescripta:& ita ius illud tractum est/quod ex Iudicato dicitur:nõnunq̃ rationem iudicandi decreuerunt autoritates Hieronymi/Augustini/ac Reliquorum Sanctorũ imitati. Sed videor. P. Amplissimi/summum errorem cõmisisse/qui Agrigentinum Empedoclẽ/qui disserẽdi facultatem inuenit: nec Athlãtem meminerim/qui primus omnium Astrologiã interpraetatus est. Nec Ptolemęum eũdem Astrologũ/& Geometram/nec Alchibicium/ nec Arithmeticũ Pythagoram/& nostrum Seuerinum/nec magicum Zoroastrem:nam nec error est illis tempus non terere quae videntur iam ab vsu aliena:quaeq́ꝫ si vlla parte continẽtis sunt in nihilum trita. Sed arguet ignorantiae me forsam aliquis qui reliquarum artium/& scientiarũ inuentores dixerim/Theologiam vero Reginã omnium pretermiserim: quod ea ratiõe factum sciat quod παντεσ δὲ θεοῦ χατεουσιν αντρωποι:vt Euripides inquit: omnes Deo indigent homines:nemoq́ꝫ vnq̃ Deum nõ esse ante omnia considerandũ statuit. nisi forte Epicuri foret/ vel Sardapali vel Sminderide Sybaritae secta/

Iuris pontificii inuẽtio.

Dialecticę inuentio.

Astrologię iuẽtor

Geometriae inuẽtor.

Arithmeticę iuẽtor

Theologiae inuẽtio.

tor/&

tor, & totius humanitatis expers. Reliqui vero cuncti Deum professi sunt: rerumq; diuinarum rationem quæsiuerunt: quam si ad Saluatoris nostri vsq; tempora minime potuerunt inuenire, plurimum tamen quantum intellectus naturalis potuit, claruerunt. Abrahamus.n. de quo primo post diluuium fit mentio: quiq; a Philone in libro de Gigantibus ob animum suum circa cælestia cõspicuum, Excellens pater dictus est: Simulacra gentium, quæ pro deo colebantur, ab ipso vsq; Serucho ad tempora patris Tharre de medio sustulit. Nam cum verum nouerit Omnipotentem Deum: primum in eo se confirmans patrem tharram, ex quo didicerat Astronomiam, quid sectandum esset: docuit: tabulasq; simulachrorum igni dedit: quo cuncti apparenti obtemperarent Deo. Hic autem Chaldeorum relicto solo in Charam primum, deinde patre mortuo in agrum Chananeum: postea in Ægyptum decessit ob vim pestilentiæ a multis gentibus vt verus Theologus est electus pro patre: factusq; fuit Patriarcharum Princeps. Cæteros hebręos mitto, & Prophetas, & Sanctos viros. Qui vetustissimi fuerunt omnium, Theologiam Poetæ profitebantur. Nam Pierius ipse carmen de Theologia versibus tradidit tribus millibus. Philosophi vero cuncta tribuerunt Deo præter Eutermum senem, & Theodorum Atheum, & Prothagoram abderitem, & Carneadem Cytheneum. Alios sileo, quorum ĩcredibilis est numerus. Propterea sunt apud Gentiles de Religione

semper

semp facta cōstituta. Impios vero (quod docent historię) summis pœnis torquebāt maiores nostri. Tandē ad fidē redactus est ordo Saluatoris aduentu. Nā cū possibilitas intellectus humani / quæ infra sint / quæq; sibi similia ītelligat / ea / q̄ supra se sunt / cognitiōe non solū naturali spe / culatur / quod Philosophi fecerūt ī diuinis: sed etiā fide / vt viri pii hac in vita & cognitiōe gloriæ / vt sancti in patria: & ita hec Theologia per gratiam aliquādo corporaliter ostendit quædam / vt Baldasar digitos vidit in pariete scribentes / Danielis quarto: & Pharaon dormiens vidit spicas / & vaccas / Genesis quadragesimo: & Petrus vigilans discum vidit plenum quadrupedibus / & serpentibus / Actuum decimo nonnunq̄ intuitu mentis diuina imprimit arcana / vt Paulum ad tertium vsq; cœlū scimus raptum. Quare qui iam filii sumus a patre dilecti / veram Theologiā sumus nacti: reliquaq; puerilia prima fuerant / in qua cum & Bibliæ / ac aliorum operum / Euāgeliorumq; præsertim lectiones traditæ sint / tanta est & suauitas / & sal⁹: vt qui Theologiam ignorat: nihil nosse videatur. In ea enim & rudes lactantur / & nutriuntur sapientes: proinde Mare magnum Theologiā Hieronymus appellauit: In qua bibit agnus / & elephas natat / in qua / qui plus floruerunt: Augustinus / & ipse Hieronymus / Gregorius / & Ambrosius: dehinc autem ipse Thomas / legi possunt. Quorum ingenia tam subtiliter declarata sunt: Nam ab his abdita illa & obscurissima ita plane aperta: vt possint lectores ob stupere.

ſtupere. Qua in re manifeſte patet, eam diuinitus hominibus datam eſſe, nequireq́ꝫ recte inuentorem vllũ in Theologia, præter ipſum Deum recitari. Quæ quoniam Deum proſpicit, cum eo ſedet, eum contemplatur & vitæ opitulatur & morti, omnibus in promptu debet eſſe, ita vt præferatur ſcientiis cunctis, & maior ſit, Et nobilior. Imo potius nullam habeat cum cæteris ſimilitudinem.

Epilogus antedictorum.

Habetis igitur Patres ampliſſimi quod me dicturum propoſueram, ſcientiarum inuentiones ab ipſis vſq́ꝫ litteris, quæ quidem breuius dicta ſunt, q̃ materia pateretur, longius vero q̃ ſuadeat tempus. Nunc ad illud veniemus quod ſecundo propoſueram, vt quid alteri ſcientiarum pſtet altera, dignoſcamus.

Grammatica.

Magna eſt profecto litteraturæ ratio, quam eſſe originem, & fundamentum omnium artium Grãmatici voluerunt. Non tamen eſt tanti facienda, vt ei cuncta concedantur. In ea enim omnis ratio in vſu, autoritateq́ꝫ maiorum conſiſtit, vt quia placitum eſt ita rem dici, Latinitatemq́ꝫ cõponi benedictum ſit. Eſt tamen primo gradu tanq̃ cunabulum cognoſcendum.

Rhetorica.

Rhetorica quidem nõ parum eſt animaduertenda: ſiquidem nobilitatis ratione cũcta ſpeculari: cum nobilius nihil ſit q̃ antecellere verbo: videri q́ꝫ hominem aliorum præceptorẽ. Turpiſſimũ autẽ balbum, & inuenuſtum locutorem audire quod tum abhorret a natura, tũ a præclaris auribus, & autoritate dignis. Quo quidem loco quid recolam Oratorũ laudes: quos qui nõ laudarit, is meo iudicio, quid ſit Oratoria neſciat.

Nam ſi

Nam si tunc homines pluris extimandos arbitramur/cũ plurium/& Maiorum disciplinarum tenuerint rationes: Quis sit anteferendus Oratori/me latet. Nam ꝙ possit is infinitum illam materiam Scientiarũ omnium cognitionem suam profiteri: quod sentire Gorgias visus est. Sed quod ita prĩcipia rerũ/morũ/naturæq;/ac ipsos calles/& gradus nosse debeat/vt quicqd in ciuilem quæstionem versetur/& ipse possit eloquenter/cumulateq; tractare. Proinde in tãta rerum/& magnitudine/& difficultate vix singulis ætatibus singulos perfectos Oratores inuentos voluit in Oratore Tullius. Nam siue ius Ciuile in manu sit/voluit Oratori obiici: quod in Seruiũ est a Mutio obiectum. Esse homini Patricio/qui causas ageret turpe ius ignorare/in quo quotidie versaretur. Siue Philosophia foret in castris/hanc ita propriam Oratorũ esse scimus: vt sine hac nullus ausit/qui mentem habeat: Oratorem se dicere. Reliqua vero scientiarũ/& artium contubernia sunt adeo cõmunia Oratoribus: vt leuiter exhibiletur: si cum de his sermo faciendus est vel mutuo capiat/vel ex se dicat/non & elegãtius multo/& aptius/& distinctius/& ornatius referat: q̃ is ille/qui sit illi/aut illi designatus/& dedicatus. Itaq; strenue inquit Hortẽsius: Aliorum vnum quid/Oratorũ esse omnia/quæ versaretur in vsu cõmuni. Proinde videtur vulgatissimum Philosophorum illud hic incedere. Vnitam in Oratore virtutem maiore laude dignam esse/q̃ in singulas dispersas partes. Quod illi fateantur est necesse/qui vident le

guntq; omnibus/& artibus/& sciẽtiis qui primordia de
derint eos Oratores præstantissimos extitisse: vt paulo
ante liquido/perspicueq; declaratum est. Sed hanc facul
tatem nolim pro dignitate plus efferre/ne rem meã agi
Historia
tare dicar. Accedunt Historiæ: q si eo discernitur vti
litas Doctrinæ/q maiorũ exemplo gaudeant viri. Quis
vberiorem segetem præbeat Historico/nullum intelli-
go: Historia enim ipsa nihil/neq; vtilius/neq; iucundius
potuerũt illi veteres cogitare/quæ orationis varietate/
ac flumine quæcũq; in omne æuum memoratu digna ge
sta fuerunt/ita cõplectitur/ac breui pstringit/ita narrat
& explicat/ita ante oculos ponit/vt non eas legere/quin
potius inspicere coram existimem⁹. Quis.n. si Cyri triũ
phos metiatur/& vt tandem eum Thomiris trũcauit ca
pite/Siue huius ortum/vt traditus est exponendus Ar-
pago: Siue Cresi captiuitatem/a qua/quoniam Solonis
meminisset/liberatus est/Siue Persarum in Europam
apparatum/Rerumq; humanarum exitus cum Alcibia-
de/cum Milciade/Cum Hannibale/cum Xerse/cum
Pompeio/cum huiusmodi multis animaduertat. Quis
si præclara illa Curii/Fabriciiq; responsa/Deciorum vo
ta/Reguli fidem/Horatii/& Mucii Constantiam/In-
numerabiliumq; Virorum virtutes intelligat/non co-
gnoscat nihil esse fidei/nihil diuturni/stabilis nihil/quod
Poetica facultas/& ei⁹ laudes
Splendore vacet rationis. Poetarum vero campum
vnde ordiar laudare non facile teneo. Si vetustatem.n.
inquirimus/& ei nobilitatem attribuimus/nemo certe in
ter disciplinarum

ter disciplinarum possessores nobilior Poeta, nemo cer/te antiquior. Nam is ipse Cadm9, qui Litteras reperit, Limum Poetam docuit. Rursus ante Homerum etsi fue rant inuentæ Historiæ, verbo tamen recitatæ, nulli vel Historici, vel nulla quauis insigni Doctrina viri cõstitue runt præter Poetas, qui nullius extiterunt expertes di/sciplinæ. Nec eos latuit quidquã. Primi omnium Theo/logiam professi sunt, inter Scientiarum inuentores. Nã ab Homero, vel millib9 annorum ante, apud Ægyptios fuere, qui Sacerdotum, & Prophetarum cognomento insignes, admiratione Poetica floruerunt. Moses quoq; minime a figuratione Poetica destitit. Dauid autem Poe ta fuit, & rectus Musicus: mox & Homerum de Roma/norum Imperio diuinasse legimus, & Vergilium, quem Sybilla dicebat aliquando venturum in terras, vaticina tum scimus Dei filium aduentare: Omnesq; demũ Poe tæ Deum supra se contemplati sunt, præter Diago/ram, qui furore concitatus Deum abnegauit. Qui & ipse principio libri sui, Deo inquit perfici, & absolui oĩs. Secreta vero naturæ q̃ ægregie Poetæ norint, docet nos Lucreti9 Poeta singularis. Quãtã vero cũ Astrono mia tenuerit familiaritatẽ Arat9 aperit: & hec oĩa mixtĩ & Historiarũ vim, & Eloquẽtiæ Maiestatẽ cũcti Græci, Latiniq; Poetæ denotant, vt nullũ excipiã. Morum ve/ro Doctrina quanta sit in Tragediarum fabulis, come/diarum argumẽtis, Satyrarũq; notis, & morsibus docẽt Sophocles, Euripides, Plautus, Iuuenalis. Illis autẽ, qui

fabulas in Poetis notant/nihil respondebo/nisi prius fun
ditus Poetarum sententias rimati loquātur:& de his ha/
Musica. ctenus. Musicam quoq; silentio præteribo/ cum idem
cum Poesi profiteatur:tuncq; laude digna sit non medio
cri/ quando non aures lenit solum:sed grauitatem adiun
ctam habet/ seruatq; illud Horatii: Omne tulit pūctū/
qui miscuit vtile dulci. Cęteros autem Lasciuos necnon
quos laudat Vulgus/vituperant sapientes:nec eos arbi/
Philoso/ phia. trantur a Musica proficisci. Accedit Philosophia/quā
tunc maxime laudabimus/cum omnium artium/& scien
tiarum opificē/procreatricem/& matrem hanc esse me
ditabimur. Nec.n.hac vacat ratio diuinorum/ nam cum
a notioribus ad min⁹ nota progrediamur/ humana cogni
tio primum causatis latius intellectis ad Principem om
nium veluti ad calcem sagittam dirigit: & recte contem
platur:Reliqua taceo/quæ omnia ita maxime indigent
Philosophiæ/vt in ea consistit amor sapientiæ/sine quo
Medicina recte quicq̄ agi nequit. Aduenit iam Medicina quæ
summis laudibus ita fertur:vt primum incedat cum Phi
losophia/sine qua non Scientiam: sed artem censeo Me
dicinam/cuius finis sit curatio/ materia vero aduersa va
litudo/ & forma medicamentum:cum autem subiectum
capit humanum corpus/illudq; sanare/pręseruareq; intē
dit. Huius rei cognitionem a Philosopho tenet:q; si ca/
piat aliunde/vel ex se proprio habeat/nec a Philosophia
prodeat hec cognitio/vanum est Medicos Philosophiæ
prius/q̄ Medicinæ operam dare:quod qui non faciunt/

aliis

aliis potius q̃ mihi/si aduersa valitudine præmar/medeã
tur: Est hoc pacto Scientia plurimũ excellens Medicina/
& humão corpori necessaria/quam piget/pudetq; a sum
mis Regibus/Clariss.q; viris inuentam/in infimorũ iã/
& parabolanorũ/vt eos lex appellat/manus/& exercitiũ
incidisse/pace dictũ sit eorũ qui florẽt in Medicina: qua/
les multi doctiss. & iidem Nobilissimi viri/& in Vniuer
sa Italia/& in hoc cõuẽtu vestro inueniunt. Ideo dictum
ab me fuit/q; omnes iã/Aromatarii/& alii quiuis abiecti
viri/medendi vim & naturam profiteãtur: vnde impro/
uisi/& intempesti obitus. Sed si iudicaretur a magistrati
bus quanta sit in curandis hominum morbis eruditio/&
Doctrina necessaria: rarus inueneretur, numerus Medi
corum/& hi qui extarent dignitatibus maximis manda/
rentur. Venit post hec Iuris sanctio Pontificii pro di
gnitate prima/Ciuilis secunda: quam multi nolunt Sciẽ/
tiam esse: illam Pauli legem digestorum de legibus & se
natuscõsultis recẽsentes/in qua dictũ est/nõ omniũ quæ
a maioribus cõstituta sunt rationẽ reddi posse. Sciẽtiam
autẽ esse dę veris/immutabilibus/& ĩpossibilib9 aliter se
habere in rõne fundatã/Minime vero Celsi legẽ memo
rãtes/Scire leges/nõ hoc eẽ/verba earũ tenere/sed vim
ac Potestatẽ. Quod cum qs fecerit / Iustitiã subiectũ eẽ
iuris ĩtelliget: & q; necessaria sit nõ solũ ad tutãda corpo
ra/sed ad seruãdas facultates/& vitã. Quid vitã: Ciuita
tes/Sciẽtias/Disciplinas/& ipsam/vt vno cõcludã verbo
Societatẽ humanã/neminẽ mõ Philosophũ/modo virũ

Ius canonicum. Scientia.

Iustitię laudes.

latere

quãtum reliquis virtutib⁹ antecellat inde videri potest/ꝙ aliæ priuatę sunt:Hec publica:quæ non in foro solum seruanda sit ꝑꝑ leges:sed domi propter te ipsum/ita vt nihil agas/nihil contrahas/nihil mediteris quod Iustitia careat.Hec Deo ipsi simillima est/cuius institutio non solum est Oratoris illa boni approbatio/& mali euitatio/sed & vt Pomponius tenuit in legibus/Inuẽtio/& donũ dei/& dogma sapientum omnium:quod & Philosophus Chrysippus sensit.Et vt Vlpianus voluit/lex est Rex omnium diuinarum/humanarũq; rerum:Propterea legisq; peritus Apollo cãtatus est/in quo multi veteres statuerunt latere diuinitatem.& ita non sine summa ratione legis Virtutem inquit Modestinus esse hanc Imperare/permittere/punire/vetare:quibus dignitatib⁹ nullũ mun⁹ maius inuenitur:ꝑpterea sunt a maioribus nostris honoribus plurimis donati/muneribusq; Iurisconsulti.Nã Quintus Muti⁹ Publii filius bis effectus est Põtifex Maximus.C.quoq; Scipio Nassica est optim⁹ dictus a Senatu/& domo in via sacra donatus/quo publice consuli posset.Attilius autẽ primus a Populo Sapiens appellat⁹ est.Nam neq; solum Iustitiã seruãt Leges:quę vt volũt/est Constans/& perpetua Voluntas ius suum vnicuiq; tribuens/sed veram Philosophiam/non simulatam affectantes:præcepta illa conseruat quæ Vlpianus de Iustitia/& iure sic diffiniuit:Honeste viuere:alterum non ledere/Ius suum cuiq; tribuere:Prudentiãq; tuentur illã diuinarũ/atq; humanarũ rerũ noticiã/Iusti/atq; Iniusti

Lex

Attili⁹ Sapiens pri/m⁹ a Ro. Po. appellatus.

scientiam

Scientiam / Pro deum immortalem quæ sunt hec pręce pta? quæ Prudentia. Hec inq̄ / hec Philosophia / quā qui amet / nequeat non sanctus esse. Religionis quoqꝫ curā / & pietatis dant leges. Quare sunt / qui dant operā illis / apud veteres Sacerdotes appellati. Propterea q̄bus sint in legū libris / & a Iurisconsultis / & ab Imperatoribus ti / tulis appellati / potestis pluribus in locis intelligere / nam Modestinus in. l. scire. §. aliud autē. ff. de excusat. tuto. co gnomēto vocat Cerbitiam / Bolam / Paulum & Domiciū Vlpianum / Vertices legū: Imperator in. l. prima. §. sed neqꝫ ex multitudine actorū. C. de veteri iure enucle. di / cit Papinianū Splendidissimū & summi Ingenii in. l. cū responso. C. de legatis & in. l. virū. C. de fideicō. eum vo cat Prudentissimū / sed in. l. cū acutissimi scribit. Acutissi mi Ingenii vir / & merito ante alios Excellens Papinia / nus in. l. fi. C. de Insti. & substitu. sub cond. factis vocatur disertissimus in. l. generaliter. §. cum autem. C. eo. titu. appellatur Excelsi Ingenii. Iulianus vero in. l. ii. §. sed q̄a diuine. C. de veteri iure enucl. scribitur ab Imperatore Legum / & edicti perpetui subtilissimus conditor. Vl / pianus quidem in. l. fi. C. de Insti. & subst. sub cond. factis vocatur vir disertissimus. in. §. illud in autētico de æqua litate dotis colla. septima dicitur Sapientissimus. At maius est quod in. l. secunda. §. vt nihil. C. de veteri iu re enucle. dicit Imperator. Omne studium enucleati iuris antiqui ac omne huiuscemodi ordinationis mini / sterium Triboniano viro Excelso / Magistro officiorum /

 exquęstori /

exquęstori/& consuli/cum aliis Illustribus/& Prudētissimis viris creditum est. Nolim meminisse quos in prima Codicis constitutione/& de Iustiniano Codice cōfirmādo nominat Imperator conditores eius operis. Ioannem virum Excellentissimum Exquæstorem Sacri Pallatii Consularem/& patricium/Leontinum virum sublimissimum præfectū prætorio: Phocam eminentissimū Magistrum militum & hos ipsos cōsulares/& Patricios/Basilidem Excellentissimū/Thomā gloriosissimū/Tribonianum Magnificū/Magisteria dignitate inter agentes decoratū/Constantinū Illustrē. Theophilum Clarissimum iuris in alma Vrbe doctorē/Discotū & Presentinum disertissimos togatos amplissimos fori prætoriani. Quęq; rursus Theophilū in titulo de Iustiniano Codice confirmando/vocat virū Illustrē ex Magisterio/& iuris doctorem taceo. Nec reliquos recolo/qui fuere semper in summis magistratibus/quibusq; respublicæ fuerunt datæ regendę/atq; gubernādę. Quę singula si recitare/mirarētur hi stulti/qui Ius vtrūq; paruifaciunt: intelligerentq; quāta sit in eo Nobilitas/quātus Splendor/vos tamen afficerem tedio Patres amplissimi/quibus sunt hec notissima. Quare iā sileant si qui sunt/qui secus sentiant/iam reprimat garrulas voces illas/quibus euomūt indigesta verba non esse Ius Scientiam. Quid aliud docet Philosophia/q̄ bene (vt aiūt) ac beate viuere. Huius rei curam non docent modo: sed & pœnarū metu/& præmiorum meritis imprimunt iura/cūq; nōnunq̄ Philosophia possit esse cum

esse cum hypocrisi, atque supstitione non mediocri, Iuris plana est virga, latusque, ac lucidus cursus, cumque in reliquis probabiliter concludi solet. Per helenchorũ syllogismos vt videantur vera interdũ, quæ falsa sunt, In iuris sentẽtiis necessario est concludendũ, prætermisso verborum inani sonitu. Qua re vna qd sancti9 Patres amplissimi? Quid iustius? Quid sublimius? Theologiã semper excipio, cui concedendum est vt hec intuetur cuncta: & in regionem illam caput atrahat, in qua Ciuitatem illã descripsit Augustinus. Reliquas septem artium prætermitto, sunt.n.omnes sorores, & veluti cõtubernales si saperent qui vtuntur. Sunt igitur declarati Scientiarum, & Artiũ gradus, atque nobilitates. Illud deesse videbatur, vt quæ alteri præferrerur diceremus. Ego id ausim asseuerare ita inter se ligatas omnes esse, vt & virtutes Morales narrat Aristoteles, consequentes.n. in humanum vsum omnes requiri. & vt homines sunt, pro Terentiano illo Cremete, humãi debere nihil a se putare alienũ. Quod vbi maior sit gradus si quis roget, si sanæ sit mẽtis, satis declaratum intelliget: acciderecque dignoscet, vt ab eodem partu plures nascantur fetus, aliis monstrum adiunctum sit, alii pulchriores sint, aliique deteriores in senecture fiant: Alii quo grandiores sunt natu, Prudentiores sint. Hec hactenus, que Sapientiorum hominum iudicio, Iampridẽ terminata sunt, vt ea res maiori vsui accedat, quæ non solum curet illatum vulnus, sed ne inferatur multo ante procuret. Iam ad id, quod me tertio dicturum

Epilogus confirmationis secũdæ.

Cõmoda quæ ex litteris pcipiuntur.

tio dicturum sum pollicitus/accedamus: Fructus/quos il qui litteris operam/& disciplinis prębeat/assequuntur/ duo sunt/Honor/& Dignitas. His.n. arbitror contineri Mentium humanarum Cupiditates & vota. His diuersi mode quisq; vtitur. Nam omnium gentium homines a Natura videntur ad Auri famem excitari/inter quos q plus sapiunt/ad meliorem vsum illud appetunt/ad Liberalitatem/ad Amicitias. Minores/ad Fastum/& Pompã/ quo nihil magis probatur in vulgo. Demissiores quidam ad titillantes Voluptates: quas nonnulli faciũt deas: Maiores aliqui/ad Imperia/ Dignitatesq; nanciscendas: Pleriq; ad Rapiendum/Laniandũ/ Vastandum: quod abhorret ab hominum laude. Primi omniũ/qui Virtutes præficiunt sibi/Immortalem gloriã exoptare videntur/cũq; finis actionum considerandus sit/illo deuolaturos Laude/ac Fama censent/quo altius nihil est: Hoc alii plus/alii minus pro Ingenii Magnitudine niti debent. Quãdo autem Honos alat artes/& Gloria omnes ad studia incẽdamur disciplinę: qb9 plus honoris infert/ii magis inflamantur ad Doctrinã. Qui vero volũt maiorib9 Honorib9 donari/pl9 quoq; debẽt scire cupe. Quod cũ faciũt assequũtur Dignitates/& diuitias nõ ęstimabiles. Testis sit ipsa Res Viri doctissimi: Nã qui nati sunt Infimo loco/Litterarũ adiumẽto/in summos viros euaserũt. Qui vero disciplinã nullã dilexere/occidere a summis Imperiis. Maro natus Mantuę vilissimis parẽtibus/tãtas facultates reliquit in obitu/vt nõ vereretur Octauium Augustum/

Mœcenatemq;

Mœcenatemq́; / ac Pollionē hęredes instituere sibi: Quã ta fuerit Immortalitate prædit⁹ / orbis iudicet / apud quē vbiq́; viuit. Idem in Aristotelem Stageritam factum legimus / cuius Scientię cuncti vacant / & filios quasi reges ditissimos reliquit. Hannibal autem / vna Sapientis Prudentia / cum Imperio suo priuatus est / tum deniq́; mori turpissime coact⁹. Et Xerses cum tot Hominum / Nauiumq́; millibus / cum summo dedecore / vnius Docti cõsilio fugatus / Rursus & si qua in fortuna Calamitas Sapientibus inciderit / restituuntur in Integrũ a Virtute / & hi qui horũ sententiis / gubernant / facillime imperãt. Nam cũ Vlysses p̄termissa Circe / rediens in Græciam apud Phæacũ Insulã eiectus fuerit naufragio / tantę fuit Phęacibus admirationi vt pluribus multo donatus sit / q̃ essent in substãtia sua. Cresus vero Lydorũ Rex / cũ igni mãdaret / vna Solonis memoria / & recitatiõe / quã supra mẽini / ĩ pristinũ Regnũ reduct⁹ est. Nec ab re: Cũ nãq́; reliqua oĩa / Corporis / Fortunæq́; Bona / illos facile relinquãt / q Sũmũ Bonũ in ipsis cõstituerũt / quales legimus ĩfinitos / videm⁹ ĩdies ĩnumerabiles / Sola VIRTVS medet aduersis / Possessiõeq́; sua / quo qs plus vtit / Ditiorem facit / & Pulchriorē. Reliqui post obitum paululum admodum viuunt: quanto ditissimi fuerint: qui vero Scientias colunt / nunq̃ obeunt. Grauissimũ testimonium reliquit Christus: qui nunquã diuitias inhabitauit: sed eis eas per Apostolum pollicitus est / q nollent plusq̃ oporteret / sape / quiq́; nõ Numismate vitã suã declarauerit: sed

Aurea verba.

in variis

in variis Apostolorum linguis/& Sciētiis. Optimi testes sunt indies illi/qui quo se maioribus/& elatiorib⁹ doctri nis dedunt/& diciores/& magis sunt gloriosi/cæteri fa/mulantur. Est ergo summus Glorie/Diuitiarūq; mixtim additus/cum doctrina fructus: qua qui pollent ingētius/iudicātur a Sapiētibus Heroes fere quidam. Nec est ali⁹ quidam commodior beneuiuendi Modus/Nullus firma/tior Ordo/Nulla Regula tutior/quā bonus in Scientia Sensus/eruditus Intellectus/grauis Inquisitio. Cætera corporis/nobis sunt cum Brutis multis communissima: Fortunæ vero sceleratis plerisq; paratiora/q̄ bonis: Sed efflorescunt facile/atq; concidunt. Hec Doctrinę Orna menta solis Viris bonis propria. Quinetiam etsi quis ad Malitiam inclinatus/eam querit/fit Bonus/& perpetuo permanet/radicitusq; infunditur. Sunt hec per Deū Immortalem Patres Amplissimi: que de Scientiarum & artium Inuentione breuiter enumerando percurri/Ma gna/Splendida/Summisq; Ingeniis digna: quibus si va/cassem latius/pro ipsarum campo/& cumulo/non Ora/tionem/sed perinde ac Historiam confecissem. Quis.n. possit eos narrando dicere/qui sunt in vna quaq; Doctri na reperti Sapiētissimi: quorū nominib⁹ & institutis mul ti sunt Latinorum/Græcorūq; libri plenissimi. Quo ī lo co plures multo omisi/q̄ enarrauerim/breuitatis causa: Gradus vero rerum ipsarum/& Nobilitatem si voluis/sem oīno meminisse/q̄tū ex antiquorū opiniōib⁹ aptū ē: & hodie videri pōt plures/pluresq; mihi dies ad porādū declamasse m.

declamassem. Sed cum hec ita in prōptu esse debeant, vt vlterioribus verbis nō egeant: Iam faciam dicēdi finem: si vos reliquos viri eruditi: qui cepistis nuper Disciplinis imbui, moneam pro mea in vos dilectiōe. Maius nihil naturam hominum appetere, q̄ scire, si Philosophus credēdus est: Hoc sumus ad imaginē Dei creati. Hanc habem⁹ cum separatis substantiis similitudinem: hoc differim⁹ deniq; ab ipsis Brutis. Qua quidem Scientia qui plus potest, is merito Nobilior dicendus est: is maioribus, & Muneribus, & Honoribus dignatur. Cui⁹ rei possem omniū veterum Hystorias in testimonium ferre, docereq; Religionem, Pietatem, Equitatem, Sapiētiam, Virtutem, nos doceri a Sciētiis: ab aliis omne Dedecus, omnem Immanitatem, omne Flagitium. Nec obiiciatur illud, Virtutes in multis inueniri, qui legerunt nusq̄: Nam hec rara est Phœnix, & nescio si sit vlla. Desit & illud, Stultos plures Scientes inueniri, quod dicit Vulgus, cum nemo insani capitis, vel demētis, queat recte quicq̄ sentire. In Scientia vero Inquisitione opus est, cum, vt Natura nihil nouum, nec ea quicq̄ reperit vetus. Illud vero quod aiunt Feneratores, quos occisores hominum vocat Cato, pl⁹ ditari, q̄ doctos, dictum est ab iis, qui summum bonum firmarunt in vita, nihil esse post obitum arbitrati, quorūq; cum Morte cadunt omnia, quiq; in metu continuo versantur: Quod autem Vires aliqui cēsent præponendas Doctrinę Comicus Græcus respondeat. σοφον εν βουλευμα τασ πολλασ χαιρασ νιμα και μια γνοσισ Peroratio

Conclusio generals.

γνωσις γνωμην εχουσα τα αριστα και μαλλιστα διαπραττει των κοινων. Sapientis vnum Consilium/multas vincit Manus: & vnus Intellectus Rationem habens/& Persuasionem/optima quæq;/ac maxima facit. Quare videtis Magnifici/Præstantissimiq; viri/ vosq; Cęteri. P. Amplissimi: quãta sit in Scientiis seges: Intelligitisq; nihil iis Præstantius inueniri potuisse/nihil quod magis obseruare/tueriq; conducat. Itaq;/vt in dies facitis/exultate hoc vestro tam fœlici statu/tantaq; cum gloria/tum etiam laude. Firmateq; quotidie magis hanc Amplissimã Vniuersitatẽ vestram florentem: vt quam Famã iam per Vniuersam Italiam/& Galliã estis adepti/pro Virtutibus vestris/ac earum rerũ omnium/ quarũ cunabula supra memini/ Multitudine/ac Varietate posthac augeatis/tueamini/ cõseruetis. Quod cum facietis (vt vos facturos opinor) erit quod & hi viri eruditissimi qui prodeunt in hanc aciem/cognoscant flumen/ & decus omnium Scientiarum/ quas summi viri repererunt/in hac vniuersitate consistere/seseq; dedicent/& deuoueant ipsis: insurgant quotidie plures: exultetisq; ꝓpagatione horũ Munerũ vestrorũ tam Illustrium. Dixi.

Hubertinus

Hubertinus Clericus Creſentinas.S.P.D.Io. Scipioni Caræ / Petri filio.

VIde Egregie Puer quanta Probitatis/ac Virtutis iam ſpectatæ vis eſſe debeat ad hominum Beniuolentiam/ac Gratiam cōparādam: cum vel ſola ipſius ſignificatio ad eos amandum impellat/in quibus quaſi floſculos quoſdam effundere videatur. Hoc vero cū vel Ciceronis/vel Ariſtotelis/vel omnium doctiſſimorum virorum ſententia docet: tum vero imprimis res ipſa comprobat: Nemo.n. tam duri/tam deniq; ferrei pectoris eſt: quem Virtutis Suauitas non flectat/ac molliat? Quæ cum a Probis/aut a Probitatis ſtudioſis ꝑſpecta eſt/quātum Amoris/Beniuolentięq; trahi putas? Equidem in qualibet ętate Virtutem ſemper & amaui/& colui. Sed in teneris annis neſcio quid maioris Admirationis/ac Veneratiōis habere videtur: nec immerito. Sicut.n.in Arboribus/ac cæteris terrę fœtibus plurimū ſpei/& delectationis in Flore eſſe videmus: ita & in hominib⁹ Virtutum Initia/& quaſi Incunabula quædam/atq; Elementa/proceſſum quendam certum/ac/verius dicam/acceſſum/ad quæq; maxima/atq; ampliſſima parare ſperantur: & mirum in modum delectant. Quanti enim eſſe putas? cum de aliquo Puero/aut Adoleſcente illud vere dici poteſt/Ante annos Animumq; gerens/Curamq; virilem. Quorſum hec tam multa fortaſſe inquies? Vt intelligas/& Indolem

Epl'a Hubertini Cresen.ad Io.Scipio.P.C.filiū

Indolem tuam a nobis amari:& de te optimam Spem ha/
beri.Nam cum superiore ęstate Petrum Caram Patrē
tuum Jurecōsultum/& Comitem/ac Senatorem Iustis
simum/Clauasii tunc agentem/pro meę in illum Obser
uantiæ officio/sæpe domi salutarem:quod ex eius sapien
tiss.Sermone non modo plurimū delectationis/uerum
etiam fructus percipiebam:Ille te sæpe mihi(vt scis) ve
luti carissimam/pręciosissimamq; supellectilem suā osten
tare gaudebat.Et/vt mos est Parentum/quæ didiceras
te coram/præ gaudio sudans/ac exultas/ reddere iube/
bat:vt quid de te in Studiis Litterarum sperandum puta
rem/ex me quoq; audiret:in quibus sciret me totam an/
teactam ætatem meam consumpsisse:pręcipueq; in insti
tuendis/docendis/moderandisq; Pueritiæ/ac Adolescē
tiæ Ingeniis.Non inflet te Mi Io.Scipio Iudicium meū:
sed potius incitet/stimulet/inflāmet ad Virtutes/Artes
q; ingenuas capessendas:Quod in generosis animis fieri
videmus/ qui ita Laude ad Probitate excitantur / veluti
Equi ad prelium Turba/Laudataq; Virtus Crescit / &
immensum Gloria Calcar habet:vt Naso scribit.Meum
igitur de te Iudicium proferam. Iam tum etiam pene
infans/quædam cum versu/tū soluta Oratione/ita apte/
ita expresse/ita distincte enunciabas/vt non modo verba
ipsa/sed etiam Sensus videreris efferre.Gratulatus sum
plurimum Patri tuo:Istaq; tua Litterarum/ & Probita/
tis Initia ita diligere cepi:vt eis quoq; debere veli.Qua
re vt debiti mei partem aliquam persoluam/cum Ætas

tua crescat

tua crescat/vt/quod te facere confido/ Virtutem quoq; ac Doctrinam cum Ætate augeas/ad te aliqua scribenda putaui:quibus cum te ad Laudis Glorięq; studium excitari videas/nostrum in Parentem tuum Obseruantiam/& in te Beniuolētiam perspicias:libentiusq; iter tibi ab amicissimo monstratum ingrediaris/ac conficias. Quāq̄ igitur in antiquissima/ac Celeberrima Taurinensi Vrbe natus/& educatus es/vbi in vno quoq; disciplinæ genere/tanta est pręstantium virorum copia:vt tibi meis pręceptis non sit opus:& Parentem habes ipsum Petrū Caram/quem si imiteris/omniū præcepta fueris assecutus: Tamen non putaui esse alienū ab officio meo/vel ad Cursum te exhortari/vel iā currēti Calcar addere: vt quod tua spōte facis/ facturusue es:id nostris quoq; exhortationibus iucundius accedat. Cum autem Mi Io. Scipio omnes Homines ad Virtutem/ad bonarum Disciplinarum cognitionem/ad Honestos Labores/& ad aliqua deniq; semper Digna viro faciēda/se natos intelligere debeāt: Tum in primis ii qui a Natura bene instituti/Fortunęq; munerum non sunt expertes. Quo in numero/ si diligēter circūspexeris/ te ipse cōperies. Primum.n. Ingeniū/ in quo maxima vis est ad omnes disciplinas capessendas/ quātum cognoscere potui tibi ita acutum/ita prōptum/ ita versatile contingit/vt nihil sit tam abstrusum/tā difficile/tam varium/quod si modo intendere volueris/nō consequare. Accedunt & Corporis/& Fortunę cōmoda non mediocria:quæ ad magnas res peragēdas/nō modo

opportūa/verum etiam necessaria a Peripateticis existi/
mantur.Quis.n.Ignorat pclara Negocia/ Vtilissimaq;
Studia/plerunq; aduersa corporis valitudine/aut angu/
stia rei familiaris impediri? Et.n.vt scribit Aristoteles
Ethicorū lib.primo Impossibile est/aut certe longe diffi
cile/ab eo pclara agi/cui desunt Facultates.Multa.n.per
Amicos/p Diuitias/per Ciuilem potētiā/quasi p Instru/
menta q̄dam fiūt.Ideo & Satyricus vates vere cecinit.
Haud facile emergūt quorū Virtutib⁹ obstat Res angu
sta domi.His igit̄ instrumētis.si vti volueris/certe tātū
abūdas/vt nisi tibi ipsi defueris/nihil sit defuturū. Repe
te igitur tecū singula:nihil iuenies/quod nō te vehemē
ter ad maxima queq; stimulet.Scipionū.n. Virt⁹/ac Glo
ria (a noīe nāq; ostēdere obligationē tuā incipiā) quāta
fuerit quis ignorat? Siue.n.illa duo fulgura belli.Gn. &
Pub.Scipiones:qui in Hyspania Pœnorū iter suis corpo
ribus itercludētes/Gloriosissime occubuerūt/siue alios
duos/quorū alter Carthaginē tributariā fecit/alter fun
ditus euertit/Africaniq; inde cognominati sunt/nomen
referre malis.vide quantum Ortus sustineas/vide inq̄/
ne tibi si nulla re eos imitatus fueris/per irrisionem/ac
contemptū id nomen impositum videatur.Sicuti canib⁹
pigris/scabieq; vetusta Leuibus/& siccæ Lambentibus
ora lucernæ Nomen erit Pardus/Tigris/Leo/si quid ad
huc est:quod fremat in terris violētius/ergo cauebis/ne
tu sis Creticus/aut Camerinus hanc igitur a Scipionib⁹
partem diligenter considera.Ioannes autem/quod tibi

prænomen est/ab Auo Paterno/si nescis/sumpsisti / cui quãtum debeas/si diligẽter attenderis/erubesces quicq̃ agere:quod non ad Virtutẽ/Gloriãq; contẽdat. Fuit.n. Ioannes Cara Auus tuus/vt ex quãplurimis nostratibus accepi/ qui illũ nõ viderunt solũ/ sed nouerunt/ac colue runt/Vir imprimis doctus/& Litterarũ omnium/bona rumq; Artiũ studiosus. Cõsilio plurimũ pollens/ reipu/ blicę omniumq; Bonorũ quasi alter Cato integerrim⁹/ acerrimusq; defensor/Patrie pater/Vniuersęq; tandem regioni gratissimus. Cui⁹ Virtutum Memoria ex nomi ne/quod refers/tibi ita succurrere debet/vt eas nõ mo do imiteris/quoniã id tibi omnino faciendũ est/sed poti⁹ vel eques/vel superes/ne eo nomine indignus existime/ ris/& vt Paulo ante dixi/ ridiculus habearis. Præsertim cũ te acrius vrgere debeat Clarissimi viri Patris tui/Pe tri Caræ Virt⁹/Doctrina/Gloria/Autoritas/q tot/tan tosq; titulos Virtute sua partes/in domũ vestrã Clarissi mã attulit/vt si vel obscura esset/eã tamen ita Illustret/ vt vbiq; celebretur. O virũ Præstantem/ac nostro sæ culo rarũ. Quot.n. quantisq; Titulis Petrus Cara cele/ brandus est? Alios inuenies vna re claros/atq; insignes/ sed aliis ineptos. Hunc autem tot/tantisq; Muneri b⁹ Na tura decorauit/Ars instruxit/ Voluntas exercuit / vt / aliorum pace dixerim / Petro Caræ pauci sint nostris temporibus comparandi. Et vt ab eo maxime exordi/ ar:quod maxime profitetur Iurisconsulti Nomen/tan/ ta laude obtinet:vt cum priscis illis legũ Interprætibus

merito conferri posse videatur / ac debeat. Quippe q Iura Ciuilia / Sacrosq; Canones in Achademia Taurinensi tot annos publice legit / atq; summa / cum Laude īterpretatus est / vt ad illum audiendū nō ex Italia solum / sed ex Germania / Gallia / Britania / Hispania homines cōfluāt. Non a Petro Cara Patre tuo sola notitia legū / & canonum / q id ipsum satis est: Sed quod est Egregiū / ad Eloquentiam / ad Philosophiam / ad exemplum bene moratę vitę / ad bene / beateq; viuendum audientes / instituūtur. Eloquentia.n.atq; Splendore / ac Morum elegantia tantum valet Petrus Cara / vt alter Cicero / aut Demosthenes ab omnib9 habeatur: & vt de Catone legimus / inter Iureconsultos Petrus Cara Eloquentissim9 / & inter eloquentes Petrus Cara Iurecōsultissimus merito dici / appellariq; possit. Est.n. præter Leges / & Iura Pōtificum / in quib9 facile primum locum obtinet / Orator quoq; vehęmens / & Eloquentissimus / Poeta nō Mediocris / Egregius Philosophus / Historias omnes / siue vrbis Romę / siue exteras memoriter tenet / Nullius deniq; generis litterarum / siue Gręcarū / siue Latinarū expers. Vir præterea Cōsularis / ac Senator Grauissimus / atq; Iustissim9 / iam ab Iolantæ illius Augustæ huius Nostri Illustrissimi Ducis Matris tēporib9 / ita se gessit / ac gerit in Sapiētiss. illo / ac Celeberrimo Ducali Senatu / vt omniū Beniuolētiam / ac Laudē / & assecutus sit / & assidue assequat̃. Neq; .n. solū domi eius opa / & cōsilio. Illustriss. Sabaudiæ Duces vsi sunt / atq; vtunt̃ Verū ēt foris Magnis rebus / &

legationibu

legationibus Petri Caræ Sapientiam sunt experti:quip pe qui mandata ita peregerit/vt & Laudẽ ab his/a quibꝰ missus est/& Gratiã a/reliquis Principibus singularem sit assequutꝰ.Num me hec somniare/aut Iactare quispiã putat?Quis ignorat qualem Oratorem gesserit.P.Ca ra Pater tuus/q̃ Venetiis pro Illustrissimo Principe Sa baudiæ Duce septem mensibꝰ ita versatus est/Vt Incly tus ille Venetorũ Dux/Vniuersusq̃ ille Sapiẽtissimus Senatꝰ nõ modo laudarit/amarit/admiratusq̃ sit Petrũ Carã/Verũ etiã in eius Virtutis testimoniũ Orationẽ eius/quã corã eo Duce/atq̃ Senatu elegantissimã habue rat/Venetiis Publico consensu imprimi iusserit.Quid quantã etiã laudẽ adeptus est ex legatione illa/quã Ro/mæ apud Syxtũ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Sum/mum/Maximũq̃ Pontificem/& Clarissimũ illum Roma norum Cardinaliũ Collegiũ egit.Nã summus Põtifex Petri Caræ Eloquẽtiam/Sapientiam/Virtutẽq̃ admi/ratus/nihil tale petentẽ/Immo nec cogitantẽ/Sacri La/teranensis Pallatii Comitem/vltro cum ampla Potesta te creauit/maiore etiã dignitate eũ decoraturꝰ/nisi eius modestia renuisset.Quid legationẽ illã memorẽ?qua ad Ludouicũ Gallorũ Regẽ Christianissimum functus est/qua q̃ gratus/acceptusq̃ illi Diuo Principi fuerit/vel ex hoc Maxime cognosci põt/ꝙ Maximus ille celeberrimus q̃ omnium sui tẽporis Regũ/nõ solũ Petrũ Carã liben/ter audiuit/Humanissimeq̃ accepit:verum etiam con/sularem/Senatorẽq̃ suum amplissimis litteris/ac titulis

 pronunciauit.

pronunciauit. Prætereo alias legationes q̃plurimas/ad Illustrissimos Mediolanensiũ Duces/& cum ad alios multos Italiæ Principes/tum vero ad Diuum illum Principem Guilielmum/Montisferrati Marchionem/apud quē quātam/& Ingenii/& rerum vsus/& Doctrinę laudem/& Gloriam adeptus sit/Ego ipse mi Io. Scipio testis esse possum/ qui ab illo ipso Principe/cuius ob singularē Prudentiam/ & grauitatem/dicta omnia/quasi oracula putabantur/hominem mirifice laudari/extolli/efferriq; audiui. Hec/& alia plurima æternæ laudis monimēta/Petr9 Pater tuus domi suę addidit/cuius Virtus/& Gloria obscurissimum quodq; genus illustrare/& in lucem educere/nedum Antiquum lumen reuocare/conseruare/ atq; augere potest. Neq;.n. Caræ familiæ tuæ/origo/aut noua/aut obscura est/licet aliquātulum latuisse videatur: sed ea Antiquissima/atq; Nobilissima. Neq;.n. hoc cuiusq̃ auribus dare velim/aut cuiq̃ adulari. Sed vt præter Clarissimum Patrem/etiam aliorum Maiorum gloria/ te ad maxima quæq; excitet/ Veritati Testimonium asserere non pigebit. Nihil.n. tam Splendidum est: quod nisi Litterarum præsidio/aut subsidio adiuuetur/non obscuretur/vetustate/& aliquādo pereat. Litterarum nāq; adiumenta sunt/que Tenebris Lucem/Mortuis vitā/& Recte factis Gloriam refferunt. Hæ autē litteræ imprimis Patri tuo debēt: qui earũ semper diligēs/assiduusq; Cultor fuit. Itaq; vt eis aliqua in parte gratiā referāt/Quæ in quibusdam vetustis annalibus legerim refferre nunc libet.

Litterarũ & virtutis vis.

libet.Caram familiam tuam/a Caro illo Romanorũ Imperatore:qui plures leges Ciuiles condidit/& Nomẽ/& Genus duxisse certum est.Non.n.meum est fingere/ Historiam narro/quam ipse legi.Probo Augusto Carus Imperator successit:qui qualis fuerit scribit Eutropi⁹ Historicus Libro nono/& Flauius Vopiscus in eius vita ita inquit.Quid de Caro Probus senserit indicãt eius litterę ad Senatum scriptæ:quas ita Vopiscus recitat. Probus Augustus Amãtissimo Senatui suo Salutẽ dicit.Inter cętera fœlix esset nostra respublica/si qualis Carus est/aut pleriq; vestrum/plures haberẽ in armis collocatos.Quare Æquestrẽ statuã viro/more veteꝝ/si vobis placet/decernendã cẽseo/addito eo/vt publico sumptu/vel eidem exædificetur domus marmoribus a me delatis. decet.n. nos talis ĩtegritatẽ viri remunerare.Hec vopiscus.Hui⁹ autẽ Virtutes/& res qui nosse velit Eutropiũ legat/& Flauiũ Vopiscũ.sed vt Historiã seqr/Caro filii fuerunt/ Numerian⁹/& Carinus Cæsares nũcupati:sed Carinus Imprimis nequã fuit.Numerian⁹ vero morũ elegantia/ vere dign⁹ Impio/Eloquentia etiã pollens/adeo vt eius scripta inter nobilia habita sint . Hic Arrii Apri Ciuis Romani Potentissimi filiam vxorem accepit:ex qua & filiam suscepit nomine Caram:mox ab Apro socero/Imperium inuadere conante per factionẽ occisus est.Dioclecianus vero/qui postea in Imperio post Carinũ successit Numeriani necẽ vlciscẽs Arriũ Aprum/corã militib⁹ Interemit/ꝙ ipse fraude/Generũ Numerianũ occidisset.

Car⁹ Romanorum Impator.

Numerianus.

Carin⁹imperator.

Diocletianus.

Carinus Carinus autem / cui Carus Pater / in Persas profect⁹ / Illiricum / Gallias / Italiam / Hispanias / Britaniãq; decreuerat post mortẽ Patris / & Fratris Numeriani / Impio potitus Caram Fratris Numeriani filiam Publii Manii Ditissimi Ciuis Romani Matrimonio collocauit: cuius Potẽtiam cum suspectam haberet / prætextu honoris / Insubribus / Sallassis / Taurinis / Liguribus / omnibusq; regionibus: quæ ad Alpes vsq; sunt / eum præfecit. Dumq; in agro Vercellẽsi locorũ amœnitate captus / diutius commoratur oppida quędam / quę etiam hodie extant condidit / Carisium scilicet: vbi domũ in sumitate Castelli vetustate ferme collapsam / & in agro / illiusq; planitie / campos fertilissimos / & villas pulcherrimas / Inq; vitifero / ac aprico colle Vineas fœcũdissimas / ad præsens quoq; Petrus ipse Pater tuus / cum honestissimis viris Germano / & Ioanne / Gentis Caræ affinibus suis hęreditario iure possidet. & Carasanam / Carazanã quoq; / & Carengum: quæ ex pricipio dictionum vxoris sũe Carę Nomẽ / Memoriamq; referrent. In Taurinis autẽ oppidũ quod ex suo / & vxoris Caræ nomine appellari voluit / condidit Caramaniã vocant: nõ procul ab Vrbe Taurina. Interẽpto deinde Carino / & Diocleciano Imperiũ adepto / Publius Manius Maritus Caræ: eadem potẽtia qua Carino suspectus fuerat / etiam multomagis Diocleciano suspectus / Vrbe Roma interdictus est. Itaq; in agro Vercellensi / & in Taurinis / cum Cara vxore sua commoratus / puribus / & elegãtibus relictis liberis decessit. Cara autẽ

Carisium

Castel.

Caresana

Carengũ

Caramãia

superstes

ſuperſtes ſobolem omnem ſuam Primariis/ac optimati/bus Patriæ Nobilibus/ac Splendidiſſimis Matrimoniis coniunxit/ex qua Caræ familiæ tuæ origo nomen dedu/cit: Quæ diu/& quingentis/ac vltra annis Inſigni Viro rum Virtute/ac multitudine potēs/atq; Splēdida fuit/& vt Poeta Latinus inquit/Gens antiqua/potēs armis/atq; vbere glebæ. Verum prout antiqui teſtantur An/nales Deſiderio Rege Longobardorum/& Carolo Magno Gallorum Rege in Italia crebris præliis conten/dentibus/magna cœdes non procul vrbe Vercellēſi fa/cta eſt/triginta.n.diebus continuis apud eum locum/qui ante Saltus Caroli/nūc Sanctus German9 appellatur/ aſſidue dimicatum eſt. Atq; vt olim apud Cremeram .ccc.ſex Fabii omnes patricii/omnes vnius gentis ad vnū cæſi/ita pro fide Chriſtiana/& pro Republica tuenda q̃ plurimi Viri Clariſſimi ex Cara familia fortiſſime di/micando occubuerunt. Inde factum eſt/vt tot viris amiſ/ſis Cara domus variis fortunę ictibus percuſſa/diuq; agi/tata ſit/neq; vt antea eluceſcere/fulgereq; potuerit. Verum tandem cum pleriq; alii/quos Memoria mea non tenet/vt Anſelmus Cara/qui Romæ floruit/vt Guala eques/qui Salæ oppidum Vercellenſibus dedit/tum præcipue temporibus noſtris Ioannes Auus' tuus/vir optimus/& conſularis/vnde tibi nomen inditum eſt/& Petrus Cara Pater tuus plurimis titulis/vt ſupra diximus/decoratus/maiorum gloriam/decus/& nomen in lucem reuocarunt/erexerunt/atq; ita auxerūt/vt nulla ſit apud

Sanctus German9 Saltus Caroli prius

Petr9 Cara.

sit apud quenqꝫ Maximum, Principem dignitas/qua Petrus genitor tuus dignissimus non existimetur: nulla sit nostris regionibus tam Splendida/tamqꝫ generosa Familia/quæ Caræ gentis affinitatem aspernetur. Quis.n. Ignorat Plozaschę domus/& Schalegiarum dominorū Nobilitatem in tota cismontana regione/& Vetustate/& Virtute Virorum/celeberrimam/& opibus Potentissimam/& apud Illustrissimos Sabaudię Duces omni dignitatum genere florentissimam. Ex tam præclara familia vxorem Antoninam duxit pater tuus Petrus Cara: quæ qdem generis Nobilitatem/ac vetustatē/ Egregiis Moribus/præstantiqꝫ Ingenio ita refert/vt vel ignorantibus eam quo genere nata sit/facile ostēdat/quæ vel Lucretiam Modestia/& Verecundia/vel Corneliā Facundia/& Grauitate merito referre videt̄. Quare mi Ioannes Scipio si hec omnia simul considerare/cōtemplariqꝫ volueris/læto animo perges/& sicuti iā duce Minerua cepisti/studiis Litterarum/ac Virtutibus/& dies/& noctes diligēter incumbes: quod vt facias/te etiā/atqꝫ etiā rogo. Hoc pacto non solum Pulcherrimo tuo Nomini/sed Clarissimo Patri: qui tātopere te litteratum videre cupit/vetustissimæ Familiæ/vrbi/ac Patrię respōdebis/ac satisfacies/& ingentem tandem laudem/ac Immortalem Gloriam tibi cōparabis. Vale. ex Casale quinto decimo Kl'. Aprilis.

Carolo

Carolo Carę Magnifici Petri Iuris consultissimi, necnō & Comitis filio. Bassanus Poeta Mantuanus.

CArole die puer: qui nil puerile sub æuo
Tam viridi loqueris: nil puerile facis:
Si modo vera tuæ sunt Incunabula vitæ:
Magnꝰ es: exiguo tempore maior eris.
Qualiter helleo cum sol discedit ab agno
Pręgnantē vario flore colorat humū:
Sic tua prima nouos emittunt tempora flores:
Et latet in folio versicolore Rosa:
Quam sua maturam postq̄ produxerit ætas,
Æmula pestanis certe erit illa Rosis.
Multa tamen possunt (quis enim non nouit) obesse
Florida promissum ne ferat vua merum.
Sæpe suo moritur vitis cum palmite: sępe
Pinguia deterior semina fallit ager.
Aut Cancro, aut nimia languet Pomona pruina:
Et caua terribilis robora ventus agit.
Vt tibi succurras, non est Iouis vlla petenda
Gratia: sed vires nominis adde tui.
Carolus a Cara deducit nomine nomen:
Forte φ, & constans Persica lingua vocat.
Quod si non laudas aliena vocabula: tecum
Ipse tuæ credas nomen habere domus:
Quam licet & referas, & auitæ nomina gentis:
Gestaq; Magnifico sub genitore probes:

Vnde tuum

Vnde tuum ducis dicam genus. Accipe ꝙ te
Maiorum titulis tollit in astra suis.
Tempora si numeres annalibus ædita priscis:
Carus & probꝰ imperato. Inuenies Carum continuasse Probo.
Carus habet geminos: quorum Carine fuisti
Carinus. Tu maior natu: Numeriane minor. Numerianꝰ.
Appius. Huic ferus vxorem natam locat Appius. & mox
Occidit generum dirus in arma socer:
Ante tamen Cara cõmuni ex parte relicta:
Quæ decus & nomen sola referret aui.
Carus apud Persas nati post fata quieuit:
Defuncto Imperium frater vtroq; tenet.
Cumq; foret Gnei suspecta potentia Magni,
Ille ꝙ immensas vrbis habebat opes:
Hunc amat, hunc mulcet sub Amoris Imagine falsa:
Cara vxor Et coniunx illi Cara puella data est.
Præfecitq; illum latii confinibus orbis:
Qua Pedemontani terra beata soli est.
Hic dum Taurinis: & Vercellensibus oris,
Plus capitur mira cõmoditate loci,
Bis duo secessus molitur castra beati:
Carengũ Ex his Carengum, Carisumq; vocant. Carisiũ
Caresana. Hinc Caresana est, & Carazana vocata, Caresana.
Quolibet vxoris nomen habente suæ.
In Vercellensi post oppida quatuor agro
Struxit: Taurina non procul vrbe duo:
Vnum quod Gnei, Caræ quoq; nomen: & vnum

Quod

Quod Caræ, & Manii nomen vtrun͡q; refert.
Hunc Carignanũ est: & Caramania dicta:
Vtra͡q; factoris nomine digna sui.
Manius hic, illic Cara cum coniuge traxit,
Carino reditum non patiente, moram.
Postmodo Carino tandem sub tartara misso,
Hisdem successor Iussit abesse locis:
In quibus (vt fama est) post longa, superstite Cara:
Tempora, supremos occulit ille dies.
Et sibi de natis sexus vtriusq; relictis
Accepit generos Cara, nurusq; simul.
Hinc tua magne puer (si vero credis) origo est,
Hinc genus est Caræ, principiumq; domus.
Sed cum non soleat Proles generosa latere,
Maxima nam magnis gloria rebus inest,
Dicam cur tantis lacuit domus ista diebus:
Forsitan æternum quod tibi nomen erit.
Carolus a magnis magnus cognomine rebus,
In Ticinicolam mouerat arma ducem.
Magnus apud Saltum proprio de nomine dictum
Qui modo Germanus nomina Sanctus habet,
Castra locat: Lombardus adest: pugnatur vtrin͡q;:
Et per triginta pugna fit ista dies:
In qua bellaces Christi pro nomine Caræ
Ictibus audacter occubuere suis.
Haud secus ad Cremeram Veientum prælia contra
Tercentum Fabios abstulit vna dies.

Deq; superstitibus cunctis vix maximus vnus,
Qui genus extinctum viuificauit, erat.
Si qua fides veri est: si verum annalia dicunt:
Non alia Iacuit hec ratione domus:
Quę modo non modica Petri virtute, Parentis
Surgit: & antiquum tollit in astra caput.
Non aliter volsca Tulli de gente labantem
Errexit docto Tullius ore domum.
Alter hic est Cicero: vere est hic Maximus alter
Cui domus orando restituenda tua est
Hic facit Arpinis non Inferiora Libellis,
Atq; ea que dicas non meliora puto:
Tantaq; cum loquitur gratæ me gratia Linguę
Mulcet: vt ex totis auribus esse velim.
Neu tamen ignores in quo valet optimus ille:
Causarum quadruplex dicitur esse genus.
Quod turpe, atq; humile est, sic ille exponit vtrũq;
Voce manu, vultu, tempore, fine, loco.
Vt magnum ex humili: de turpi fiat honestum:
Et modo quę fuerant vilia, chara putes.
Adde ꝙ orantis tanta est præsentia Petri:
Vt dubites placeant ista, vel illa magis.
Vidi ego cum legeret tantum affluxisse virorum
Quãtum erat in ludis docte quirime tuis:
Quantum disposito Romam Venere Triumpho
Cæsare Romanas Ingrediente tribus:
Alpheæ quantum spectant quinquenia Pisæ:

Taurina

Taurina totus orbis In vrbe fuit.
Vt taceam celeres quacunq; ex parte Latinos,
Quãuis & satis est nomen habere domi.
Plurimus occiduis venit spectator ab oris:
Qua Rhodanus rapidis in Mare currit Aquis:
Nostraq; cum Belgis tetigerunt limina Celtæ:
Quiq; micat pexę Treuir in orbe comæ:
Et qui summa bibunt nascentis flumina cingæ:
Misit & huc Proceres tota Comata suos:
Quæq; habet a Laxis tellus Cognomina Brachis:
Hic quoq; cum Batauo Neruius acer erat:
Lingones, Aruerni, Bituri, Saxones: & Esus.
Quiq; colunt ripas culte Lemane tuas:
Qui *Satyri*, atq; Isaræ spectant de rupibus vndas.
Et qui fructiferi rura Monetis arant.
Ad sua quinetiam traxit pręconia Dacos:
Et quos multifida Rhenus Inundat aqua.
Venit ab Arctois auditor finibus: vnde
Frigida Parrhasiæ Virginis astra micant.
Venit & Igniuomo qui sulfura sensit in Ethna:
Et quem trinacrii circuit vnda freti:
Et cum Theutonicis flaui Venere Rhuteni:
Turbaq; de tota barbara Pãnonia:
Quiq; colunt canas, super alta Ceraunia, Rupes
Illyris: Ionium qua mare tangit humus.
Vos quoq; mendaces nimium venistis Iberi:
Et qui lanigeri Bethis amatis aquas.

Delphica non aliter phœbi delubra solebant
  Et petere horrificæ templa sacrata Themis.
Vidi ego per medias multos audire fenestras:
  Et multos mediam tendere ad vsq; viam:
Cum schola non esset satis auditoribus: et cum
  Essent visceribus tecta minora suis.
Nec solum toti grata est ea lingua Iuuentę:
  Sed dominis eadem: Principibusq; placet.
Vt ratio desit docet experientia verum.
Accipe sit docti gratia q̄ta patris.
Omnibus a dominis pacem tulit ille petitam:
  Ad quos Allobrogum pro duce fecit iter.
Quid referam q̄tis cumulauit honoribus illum
  Que gens Adraci ius habet omne maris.
Illos orando tanta dulcedine cepit:
  Vt nihil ex illo gratius audierint.
Vtq; sit hoc verum (nam me quoq; Iudice verū est)
  Impressus Veneta venit in vrbe liber.
Hinc & Pontificem summū legatus Adiuit.
  Tunc verę fidei Sixtus habebat onus.
An fuerint illi quę dixit grata requiris
  Est lateranensi factus in ęde Comes.
Āmplectensq; viri collum: Iam si quid habemus
  Quod placet vlterius exige: Sixtus ait.
Petrus ad hec. Venerande Pater: quęcunq; mihi das:
  Non mea sed qui me comoda misit erunt.
Cui pater Omnipotens o nostri Gloria secli

O Pedemontan

O Pedemontani fama decuſq; ſoli.
Cum tua mundano non delectentur honore
Pectora: diuinas accipe dixit opes.
Quod non poſcis habe votum Immortale: peribunt
Ad ſuperos nullæ, quas bis ipſe, preces.
Quod Sixto placuit nil miror Carole: quando
Liligeri potuit corda mouere ducis.
Flumina, Saxa, Feras quondam Rhodopeius Orpheus
Flectere threiciç creditus arte lyræ.
Qui potuit verbis Ludouicum flectere Regem,
Nimirum & potuit flumina, ſaxa, feras.
Scis bene Gallorum quæ ſit reuerentia regis.
Omnibus ad tantum non licet Ire Iubar.
Petrus ad hec quacunq; velit ratione vocatur.
Et Petro Caræ ſemper aperta via eſt.
Semper aperta via eſt: atq; his conſultus In oris:
Et loca regalis prima Senator habet.
Quid loquar Anguigera qualem ſe geſſit in vrbe:
Tota vbi Sforciadç gloria gentis erat:
Vt taceam reliquos. Quanto donatus honore
Imbuit illius ſpemq;, fidemq; ducis:
Cuius in æternam clauſerunt lumina noctem
Poſt natalitium proxima ſacra diem.
Quid loquar & Montiſferrati quale ſub oris
Officium domino prçſtitit ille ſuo.
Carole ſi laudis vis certior eſſe Paternæ:
Quod certum faciet hoc quoq; tempus habet.

Obtulit ex animo quicquid Gulielmus habebat
Tanti mellifluo perditus ore viri.
Quodq; magis mirere / tuo Puer alme parenti
Talibus effudit verba notata sonis.
Petre Sabaudiaci viuunt quo sospite reges:
Et crucis immenso nomen in orbe sonat:
Petre mane mecum: fratrem ne desere frater:
Hec eadem nobis regna duobus erunt.
Per caput hoc Iuro (caput hoc nam forte tenebat)
Noster eris vitę tempus in omne tuæ.
Efficiamq; tuis intra mea limina natis:
Illis de Cara prosit vt esse domo.
Nec dum finierat: cum Regi fertur amico
Talia Magnanimus verba dedisse pater.
Non equidem sperno princeps tua munera: sed tu
Quæ mea non tangunt pectora / tolle preces.
Dum meus ignoscet sua per præcordia sanguis.
Viuus & in refluuo sanguine pulsus erit.
Me mea crux habeat multo ad maiora fidelem
Illius æternus debitor esse volo.
O præstans animi: quo te nunc carine dignum?
Aut quibus in Coelum laudibus ire velim?
Nempe velim: sed ego tanto sub pondere dispar
Opprimor. Ingenio maior es ipse meo.
Carole / siqua tui tangit te fama Parentis /
Ipse potes si vis certior esse domi.
Quæ manifesta vides / non est narrare necesse

Et notæ

Et notæ non est indice laudis opus.
Non ne vides quæ turba frequens concurrit ad illum:
Consilium cunctis præstet vt ille suum:
Et quia Cæsareis cœlo se legibus æquat:
Et quia Taurina primus in vrbe potest.
Nec tamen hec illi laudum mensura suarum est:
Est sua non vni fixa sagitta loco.
Nam rerum causas cognoscit / & intus / & extra:
Et vaga fulgentis consulit astra poli:
Queq; palatinus non aspernetur Apollo
Ludit: & ocnea carmina digna tuba.
Si licet ęterni cognoscere corda tonantis/
Creditur in Petro complacuisse sibi.
Quod solum deerat solum hoc fortuna petenti
Prębuit vxorem: quę tibi mater: habet.
Cuius vt ad plantas a vertice miror honorem
Aptior arbitrio non erit vlla meo.
Quam bene flauenti vincitur gemma metallo:
Quam bene palmitibus iungitur vua suis:
Tam bene conueniunt pater / Antoninaq; mater
Sanguine / delitiis / moribus / ore / Fide.
Vnde sit ignoret siquis: fac viderit illam
Illa in fronte leget filia cuius erit.
Dicet ab antiquis illam venisse Scalengis:
Et de Plozasca prosiliisse domo.
Est tibi Nobilitas ab vtroq; parente. duorum
Non potes exemplo comodiore frui.

Audisti quod habes genus hac a matre: paternum
  Et quod romulea ducis ab vrbe genus.
Non ex consulibus/nec dictatore Camillo:
  Sed genus ex ipsis regibus vrbis habes.
Non ne mouent te tanta tuę pręconia gentis.
  Ferreus es si non te tua fama mouet:
Quę tamen vt moueat non est vt nomen auorum
  Dum recolis fias Carole/rhynoceros:
Sed decus & laudes & facta sequaris eorum:
  Atq; velis generis simius esse tui.
Quod si consilium non dedignaris amici:
  Et mea si tecum carmina pondus habent:
Carole solius mores imitare parentis.
  Exemplar nusq̄ malus habere potes.
Aurea miramur veterum simulacra virorum:
  Atq; ea conamur facta priora sequi.
Maiorum si prisca solent exempla mouere:
  Si vetus hec in nos gloria calcar agit:
Quam meliora putas viui simulacra parentis:
  Cuius inornati manat ab ore nihil.
In Glaciem totas ceu cogit Aquarius vndas:
  Versa est in petrum sic tua tota domus.
Hunc tibi pro cunctis propone tenaciter vnum:
  Et speculum vitæ fac sit vt ille tuę.
Hunc tibi vel stantem vel qualibet arte sedentem
  Ante oculos: taceat/siue loquatur: habe.
Vt rudis assiduam prognen expectat hyrundo:

Nullaq; de mille millibus esca perit:
Imbibe dictantis sic tu conuiuia Petri:
Nec quota pars quæ non excipiatur eat.
Quicquid agit docto, quęcunq; emittit ab ore,
A consumato dicta Catone puta.
Sed neq; te Petri Doctrina domestica fallat:
Vt quod non hodie, cras quoq; posse putes.
Incipe dum loquor hec tecum, iam velle doceri:
Et fieri teneris doctus ab vnguiculis.
Nam noua perpetuum seruat sibi Testa saporem:
Et perit in nullo tempore verus odor.

Petro Caræ Comiti Splendidissimo, ac in vtroq; Iure Viro Clarissimo, necnon Regio Senatori Benemerentissimo. Bassanus Mantuanus. S.D.

HOdie ludebam aleam: & cum iactus meos signarem, his denariis, quos numerales vocant: venit in manus meas (erat enim illis admixta) Imago Imperatoris Cari, a quo Nobilissimam te Originem ducere, aliquando ab incultis, sed veracibus nostris versiculis colligere potuisti. Illam ad te mitto, tanq̃ rem tuam. Hercle admodum placuit, quod temporibus tuis inuenta fuerit. Ego eam, & libentissime, & diutius tenuissem: quippe qui te, & amo, & colo, non absurde poteram, & tui generis amare autorẽ. Sed ipsum Cari Simulachrũ, cum sustentatus cubito, meridiani pausillum somni cape

rem/visum est his me verbis admonere.

Fac Petro Caræ mea restituatur Imago:
Autor ego Caræ/Principiumq; domus.
Per centum Sortes: per mille pericula veni/
Vt fierem generi nota Figura meo.
Audieram nostra Caram de gente futurum/
Gloria Romani qui foret Eloquii.
Nos quia tu nosti Caræ primordia gentis:
Venimus in vestras illius ergo manus.

Petrus Cara Ioanni Scipioni filio Salutem.

GRatæ profecto/& periucundę mihi fuere Litteræ tuæ Ioannes Scipio mi: Et eo gratiores/ atq; iucundiores (mihi crede) quod primæ omnium tuis digitis scriptæ ad me delatæ sunt. Illas veluti Ingenii/& Studiorum tuorum primitias quasdam/libens accepi. Illis & studiorum tuis hisce initiis mirum in modũ gauisus/atq; delectatus sum. Nam cum decimum ætatis annum nondum attingas/& Epistolam/pro ætate nõ incultam ad me dederis. Sane videre iam mihi videor/ te Deo bene fauente propediem doctum/& aliquando clarum euasurum. Perge igitur/& qua te ducit via dirige gressum/Fata viam inuenient/aderitq; vocatus Apollo. Sed audi/Initium Sapientiæ est timor Domini. Deum vtiq; ante omnia time/ & cũ litteris/ sic quoq; Virtutẽ

disce

disce. Pręceptores impris & domi & foris cole. Maiores tuos obserua: Æquales reuerearis: Minores equo animo feras: omnibus obsequi: & prodesse studeas: obesse nemini: Age ut omnes te ament: te mirentur. Nihil enim mihi gratius efficere poteris: q̄ si litteris/ & moribus prędi tus: ab omnibus diligaris. Quæ vero ad disciplinam tuā spectant/ Etsi te viuis affatibus alias monuerimus: litteris etiam/ si oportebit aliquando differemus. Interea in scribundis Epistolis/ consulo vt litteris/ & elementis vtaris antiquis Eæ enim & vetustatem ipsam redolere videntur & dignitatem quandam præ se ferunt & ad legēdum quoq; homines/ pręcipue doctos/ magis alliciūt. Vale & si a me amari cupis tu quoq; Litteras & Virtutes ama. Vercellis Pridie Calendas Februarias. M.cccclxxxvi.

Hermolaus Barbarus. Petro Caræ suo. Salutem.

DVxit Vxorē Clarus Bello/ & Pace vir Tiulcius Neapolitanam/ prænobili familia. Inuitatus sum ad conuiuium/ Immo ad Pontificiā/ & Adipalem cęnam. At ego ad epulas primas satur/ Spectator/ potius q̄ Conuiuia fui. Credo gratum fore/ vel tibi/ vel posteris/ si Fercula q̄ breuissime descripsero/ non vt Macrobius apud nostros/ non vt apud Gręcos Atheneus iustis voluminib9/ sed vt occupat9 homo/ & ad Ep'ę mēsurā.

Primum Aqua manibus data/non/vt apud nos/stantib⁹ sed accumbentibus/vtiq; rosacea. Tum illati Pugillares ex nucleis pineis/& Saccaro pastilli. Item Placentæ nu/cleis amigdalis/& Saccaro cōfectæ/quos vulgo Martios Panes appellamus. Secundum fertum Altiles Asparagi: Tertium Pulpulæ: ita enim popinæ vocant/& Iecuscu/la. Quartum/Caro Darcadis tosta: Quintum/Capitu/la Iunicum/ Vitulorumue/ vna cum pellib⁹ elixa. Sextū Capi Gallinarum/Columborumq; pulli/Bubulis comi/tati linguis/& Petasonibus/ac Sumine/omnibus elixis/addito Limoniacę pultario/sic enim Cupediarii Medio lanenses appellant. quam nostri Sermiacam. Septimum Hœdus integer tostus/in singulas singuli Capidas/cū Iure/quod ex amaris Cerasis/siue/vt quidam malunt ap pellare/Laurocerasis/condimenti vice fungitur. Octa/uum/Turtures/Perdices/Phasiani/Coturnices/Tur/di/Ficedulæ/& omnino plurimi generis Auitia/molli/ter/& studiose tosta. Colimbades Oliuæ/condimenti loco/appositæ. Nonum/Gallus Gallinaceus Tenellus/Saccaro incoctus/& aspergine rosacea madefactus/sin/gulis cōuiuis singuli/patinis argenteis/vt & cætera quo q; vascula. Decimum Porcellus integer tostus/in singu la singuli crateria/iusculento quodam liquore perfusi. Vndecimum Paui tosti: pro condimento Leucopheon Ius/Imo ferrugineū e Iocinorib⁹ pistis/& Aromate pre ciosi generis ad portionē & Simmetriā additū/Hyspāi appellāt. Duodecimum Tortus orbis ex Ouo/

Lacte/

Lacte/Saluia/ Polline Saccareo/Saluiatũ vocamus. Tertiumdecimum Strutea cotonea/ex Saccaro. Quartumdecimum Carduus pinea/Scolymon siue Cinaram potius appellare conuenit. Quintumdecimum a Lotis manibus/Bellaria/& Tragemata omnis generis Saccarea. Inducti mox Histriones/Pãtomini/Petauristæ Aretalogi/Funãbuli/Choraulæ/Citharedi. Singulis porro Ferculis præibant Faces/atq̃ tubæ:sub facib⁹ inclusa caueis Altilia/Quadrupedes/Auiculæ/omnia viuentia/generis eius videlicet cuius ea/quæ Magistri/& structores cocta mensis inferebant. Mensæ per Atrium abacis singulæ singulis dispositæ. Sed & priui priuis Ministri. Ante omnia Silentium quale ne Pythagorici quidem seruare potuissent. Vale. Mediolani Idi. Maiis. M.cccclxxxviii.

Petrus Cara. Hermolao Barbaro.

Litteras tuas/quas de conuiuio Triulcio nuper ex Mediolano ad me dedisti Vndecimo Calendas Iunias accepi. Illis mirifice/mihi crede/delectatus sum:cũ q̃ Sybariticas illius Symposii mensas/Ægregiũ illũ/Magnificũq̃ apparatũ: Vniuersum demũ illum Splẽdorẽ Nuptiarũ/videre mihi visus sum/tũ/Quod satis atq̃ satis pluris facio/hec ipsum prę se ferũt & redolent. Tanta enim est in illis verborũ comitas/tanta sententiarum grauitas/& dignitas/tantus eloquentie Splẽdor/vt nihil elegantius pro natura dici/excogitariq̃ possit.

possit. Quare habeo tuæ humanitati Gratias Immorta les/ maioresq́ tibi debere me velle/ cum aliquod maius tuum legero. Quod profecto eo maiore studio facturus sum/ quo omnia quæ Hermolai sunt/ non solum libenter lego/ sed summa etiam animi voluptate complector. Interea litteras ad Diuum Principem meum/ pro Francisco Guidazono Veneto ad te mitto. Si quid amplius est/ quod me facturum velis/ iube/ & Vale. Vigleuani Vndecimo Calendas Iunias. M.cccclxxxviii.

Petrus Cara Ioanni Simonetę. Salutem.

SVmmarium illud tuum Rerum ab Diuo Francisco Sforcia gestarum/ quod in meo ex Mediolano discessu perhumaniter legendum commisisti/ ad te remitto. Delectatus profecto sum supra modum illius lectione/ cum ꝙ ex te prodiit: quem pro meritis/ & amo/ & colo: tum ꝙ res plures/ præclaras quidem illas/ & excelsas/ breui/ & eleganti compendio/ perstrinxeris. habeo igitur tibi gratias infinitas/ proinde me/ rebusq́ meis familiariter vtaris rogo/ & Vale/ vt cupio/ fęlix. Vigleuani Vndecimo Calēdas Iunias. M.cccclxxxviii.

Ad Magnificū

Ad Magnificum & Generosum Dominum Petrum Caram Utriusq; Iuris interpretẽ celeberrimum: Poetãq; ac Oratorẽ dignissimũ/atq; Ducalẽ Senatorem Sapientissimũ/patronũ mihi plurimũ colẽdũ/ac mearũ rerũ decus/ & Unicũ presidium. Ioãnes Basilius Augustonus.

SAlue mi Patronorũ optime. Basilium tuũ qbuscũq; reb9 sine tua molestia poteris/apud Inuictissimũ Pricipẽ nostrũ pcor adiuua. Nõ eni vereor quin maximo sis mihi psidio/ quũ & gratia & autoritate apud Illustrissimũ Ducẽ/ob tuã incredibilẽ in eum obseruãtiam/ fidem/ac singularẽ pietatẽ te nulli secundũ esse censeam. Vale & me quod facis dilige.

Quem Genus:& probitas/decorat facundia/ Virtus:
Ingenium velox:eloquiumq; sacrum.
Quo ducis æterni resplendet curia nostri:
Interpres legum:rethor & eximie.
Exime me multis miserum celeberrime Vates
Ærumnis:Basilum protege quæso tuum.

Magnifico Petro Caræ Ducali Senatori/& Patri optimo Philippus Vagnonus.S.

MAgnifice Petre/omni Petra firmior:Si conqror de Aulica ĩfirmitate/& Incõstãtia/ñ mireris:Policiti sunt Pricipes ĩ euẽtũ deditiõis Valfenerię

arcem

arcem mihi remittere. Super hoc publicę sunt decretę litterę, relicto qui apportaret famulo post terga. Ille tamen vacuus rediit: nescio an incuria prætermissę sint: quo casu, obsecro vt tua opera remittantur, si vero (vt arbitror) quadam peculiari Inconstantia deletæ sint, id me paruo, nō prauo animo esse iubet: Scio te pro mea in te Fide sciscitaturum huiusce leuitatis fines: si me dignitati, & autoritati tuę cōmendatum feceris: & in primis Reuerentissimo Pontifici, Domino Cancellario nostro. Iste, te excepto, sapit solus, reliqui velut vmbra vagantur. Vale, nocte intempesta. Apud Montem calerium. xii. Iulii.

Magnifico. P. Caræ Ducali Senatori. Antonius Episcopus Alerieñ. & Datarius. S.

Litteras Magnificentiæ tuę ex Taurino humanissimas accepi: quæ mihi profecto iucūdissimæ fuerunt: iis enim intellexi Te domū ad Illustrissimū Ducem, Dominum Cōmunē, sospitem, & incolumen, Dei gratia peruenisse: Quod mihi gratissimum fuit. Cęterum miratus sum satis, nihil a Te de Pecunia decimarum scriptum fuisse. Post discessum hunc tuum reiterauimus vices in negocio Reuerētissimi Domini Auxitani apud Sāctissimū. D. N. Sua Serenitas obiecit nobis factū huiuscemodi decimarū. Quare hortor Te persuadere velis Illustrissimo. D. Duci, ne tam pro modica re

velit

Sereniſſimi.D.N.Indignationē prouocare:Quia ſua Serenitas exiſtimaret ſe ea in re deluſum eſſe ab Excellētia ſua.Quod ei⁹ Excellētię quæ ſemper catolica fuit:dedecori foret.Alteras quoq; in via ex Burgo Sancti Ioannis Placētini litteras/habui a te:Quibus cognoui ſingularem tui in me amorē/& animi Beniuolentiam:Quæ & ſi erat etiam ſine illis exploratiſſima:vehęmenter tamen etiam grata/& Iucūda fuit eius cōmemoratio. Ago tibi gratias ingentes pro hoc/& iis quæ retuliſti de me Illuſtriſſimo Duci:& de eo quod polliceris & offers te facturum in occurrentiis meis apud Illuſtriſſimū Ducē:Quę & alia quæ ſcripſiſti cum ſint non aliena ab humanitate Tua/& a mutua Amicitia noſtra/acceſſerunt nobis profecto gratiſſima/& vtemur vbi opus fuerit ſumma fiducia & eo quidē libentius:vt & tu audentius de nobis quoq; diſponas:Ad omnia enim quę in beneficium/cōmodum/& honorem Tuum/a nobis fieri poterunt/nos inuenies ſemper paratiſſimos. Sicq; bene Vale ex Vrbe.xxi. Ianuarii.Mccccl xxxix.

Antonius Epiſcopus Alerienſis &.Datarius Magnifico P.Caræ Ducis Sabaudiæ Senatori.

EX ipſo rei meæ ſucceſſu cōpertum habeo/vt certe ſemper ſperabam/quo ſtudio/quaue diligētia pro me apud Illuſtriſſimum.D. meū Ducem te ꝑſtiteris:cuius opera ſuis litteris ītellexi deſiderio meo

ſatiſfactum

satisfactum fuisse. Habeo illi immensas gratias: meq; ei ad maiora pro viribus offero: vt Clementia per Illustris simum Dominum Ducẽ / vt mihi significas / oblata vtar: per Dominum Amedeum de Balma Nepotem Reuerẽ di Protonotarii Ioannis Orioli Litteras Apostolicas ꝓ uisionis Prioratus mei Sancti Ioannis iterum isthuc mit to: ipsumq; ad capiendam pro me illius possessionem pro curatorem constitui. Obsecro Te / vt sicut cepisti / ita rẽ istam meã / diligentia / & fauore opportuno prosequaris / vt mihi tradatur libera / & pacifica possessio: habeasq; etiã ipse meo nomine debitas gratias Illustrissimo Domino meo Duci pro tanta Clementia: quam erga me seruito / rem suum deditissimum exercet: Simul & Reuerendissi mo ac Illustrissimo Domino Auxitano / cui⁹ optimas sua siones apud Excellentiã domini Ducis in hoc mihi plu rimum profuisse existimo: In his quæ postremo Excellen tia præfata ad me scripserat / eum me habui / habeboq;: quem fidelissimum seruitorem decet: Spero confidẽter rem meam non alium effectum / q̃ optatum sortiri debe re / opera præsertim tua qui bene valeas.

Romæ ex Palatio Ap1ᵒ die.xxiii.Ianua.M.cccclxxxix.

Antonius Episcopus Aleriensis & Sancte Romanę Ec clesiæ Cardinalis.P.C.Ducali Senatori.

Non miror /

QVoniam exploratiũ habemus exaltationem nostram Tibi/pro tua in nos beniuolentia singulari/gratissimam fore:nunciamus eidem nos hodie ad Cardinalatus Dignitatem assumptos fuisse:paratos semper ad omnia quæ poterimus pro Te/& Tuis: quos nostros existimamus. Bene Vale. Ex vrbe.viii. Februarii.M.ccccLxxxix.

Frater Angelus de Clauasio Ordinis Minorum Clarissimo.P.C.Ducali Senatori.

NOn miror/si Dominus Protonotarius (prout extitit mihi relatum) in Celeberrimo Ducis Senatu asseruit/ꝙ tantam aquam conducimus in Monasterium nostrum/vt inferius ipsius quodam prædium deuastetur:nam cum soleat similia dicere non vera/faceret contra suam consuetudinem/si talia non proferret. Sed vnum est/quod & ipsius demõstrabit pertinaciam/& nostram patefaciet Innocẽtiam.s.ꝙ Senatus committat alicui probo viro/vt videat/si sic res/vt ipse dicit/habet:& nos ad resarciendum damnum condemnet.Non enim cuiuscunqꝫ boni viri refugimus sententiam. Vtinam quam nobis Respublica ista concessit: aqua tantum exuberaret:ꝙ irrigato prius orto nostro: in campum suum deflueret.quoniã sic tellus sterilis/& lapididibus abundans/quæ præ nimia ariditate infructuosa est/vt speram⁹ ad vberiorem culturam redigeretur.

Hec

Huber. Clericus Cresen.

Hec pauca tibi indicare volui/ vt de veritate abunde In ormatus Innocentiam nostram tueri possit. nam hoc in negocio (vt in reliquis/ inter cæteros Senatores) Te Patronum & Aduocatum nostrum delegimus. Quem Altissimus (vt opto/ & oro) fœliciter cõseruare dignetur. Ex Sancto Bernardino apud Clauasium. xxii. Ianuarii. M.cccclxxxix.

Hubertinus Clericus Cresentinas. P. C. S.

TVi Ingenii Benignitas/ & in me Beniuolentia cum alias multis in rebus/ tamen proxime in litteris/ vt appellãt/ Saluagardiæ meæ facile declarata est. Non enim solum diligentia/ verum etiam/ quod maxime amorem probat/ celeritate mittendi vsus es/ & me tuis litteris humanissimis salutasti: quæ mihi eo iucũdiores fuerũt/ ꝙ & tuæ Salutis/ & rerum tuarum Incolumitatẽ mihi significarũt. Dii te seruent/ ac fortunent: Virũ & diuturna vita/ & ampla fortuna dignũ. Quam quidem apud talem Prĩcipem indies auctũ iri spero. Tu modo Valitudinẽ tuam cura/ & serua/ & nos vt cepisti/ amare perge. Quãdoquidem & nos te colimus/ & obseruamus. De tuis in nos Beneficiis quando gratias referre nõ possumus/ quas possumus agimus/ atꝗ habemus. Scripseram ad Magnificum Antoniũ Monteolum/ collegam tuum litteras cõmendaticias pro affinibus meis/ quos sperabam isthuc venturos/ citatos nomĩne Illustris Reguli Miolani

Miolani Marescalli Sabaudiæ/sed eius iussu postea super sederũt itinere/Litteræ adhuc penes ipsos affines meos sunt/cum aliis ad Ioannem nepotem ipsius Antonii/alias Papiæ discipulum meum. Si eis venire obtigerit/eos ti/bi cõmendo: si non venerint/litteræ tamen/ & illæ/ & aliæ meæ mittentur ad ipsum Magnificum Antonium/apud quem rogo nactus opportunitatem temporis ali/quãdo mei memoriam renoues/cognouit Papiæ/& ama uit/recognouit postea in Villafranca/& me in cęna hu/manissime accepit. Sed nimis diuturno silentio/ plerũq; perit amicitiarum memoria. Tu vero iam Vale fortuna. rum mearum maxima spes/& Clarorũ Virorũ Decus.

Hubertinus Clericus Cresentinas.P.C.Salutem.

PRæstantissime Vir/acciderunt mihi quæ reditũ meum præter spem remorãtur. Itaq; putaui te/& admonendum/& simul orandũ/vt nostri tibi sint cõmendati/hoc est/vt eis/quãtum in te est/vim fie ri prohibeas/neq; plus valeãt cõmẽtatiões quorũdã/quã ipsa veritas. Si affinis meus nõdum fuit ex arce dimissus/rogo scribas/ad Clarissimum Cancellarium: quod saluo honore tuo scribi posse putabis/vt ĩtelligam id/quod mi hi persuasi/te non modo mei/verum etiam meorũ/opti mum esse protectorẽ/Obligabis tibi vno beneficio quã plurimos: mihi vero tãtum obligatiõis addideris: vt q̃to pluris facio huiuscemodi vexatiõis redemptionem/tãto

magis me tibi debere putem, Si tuo beneficio aliquando inde exempti fuerimus. Iussi nuncio meo ituro Carignanum, vt nisi te adito non discedat. Tu velim nos in hoc discrimine adiuues: quando in talibus maxime cognoscuntur, & probantur Amici. Sed de his satis: Non enim vereor, quin plura præstes, q̃ ipse petere audeam. Magnifici Domini Legati vestri honorificentissime excepti sunt heri. Illustriss. Marchio eos adiit in domum hospicii ipsorum, quæ alias erat Domini Petri Romani, ibi fuit diu cum eis in sermone, hodie vt intelligo nihil agetur propter interlunium. Illustrissima Domina Blanca futura, vt speratur, Sponsa, grauissime ex febri, iam quattuor, aut quinq; diebus laborauit, & adhuc laborat: sed causam aiunt esse Lumbricorum: speratur facile, & cito conualitura. Hic nihil aliud est noui, quod putem a te ignorari, vel te scire oportere. Quamobrem valebis, & si me, vt spero, amas, in meis, & laborib⁹, & sollicitudinibus, quæ me a maioribus auertunt: amorem tuum ostendes. Casale Quarto nonas Septembris raptissime, & nuncio accelerante: & me ad alia euocato. M.cccclxxxiii.

Hubertinus Clericus Cresentinas. P. C. Salutem.

CAusa tam diuturnæ dilationis Epistolæ nostræ Vir Magnifice, ac Præstantissime, non fuit ꝙ tuæ volũtati satisfacere negligerem. Nã Deum ipsum testor, id mihi esse optatissimum, vt tibi in aliqua re gratificari

re gratificari possim.Sed mihi promissi fuerant ab ami/co Mediolanensi Annales quidam/ in quibus cupiebam videre/si quid esset/quod ad rem nostrā pertineret:præsertim cum non tam videretur egere edendi celeritate: q̄ maturitate confirmandi:quæ essent scripta.Nolui tamen diutius morari expectationem tuam/ne tam differre velle viderer:q̄ negare.Accessit etiam/ instantissima quædam efflagitatio Nobilis Conradi Papalardi : qui tibi se vehæmenter gratificaturum putauit.si ad te afferret/ignarus tamen rei.Itaq; vt etiam abs te gratiam ineat/libenter ei morem gessi/cui si quid prodesse potes/id libenter facias/rogo. Vir profecto est fauore dignus: vt puto te facile perspicere.Quare hominem tibi commendo.Sed vt ad Epistolam redeam/habes eam tumultuanter transcriptam/ab Adolescente non satis perito/ tu eam excribi facito/ a quo videbitur. scribam aliquando alias Epistolas & ad te/& ad filium:In quibus/si quid in hac defuit/resarciemus. Tu da operam / ne mendose transcribatur/ne scriptoris culpa/in autorem transferatur.Si quid autem est/quod me/pro te posse putes / fac nihil dubites/esse Hubertino Imperādum.Ego a te hoc peto/ vt me ames:Illud satis puto/ nam si id feceris/ studia tua/neq; mihi/neq; meis defutura confido/ Tu cum Generosa familia tua bene Vale. Casale Decimo sexto.Calendas Septembris.

Huber.Cleri.Cresen.P.C.S.

Hubertinus Clericus Cresentinas.P.C.Salutem.

NOn verentur meæ Litteræ Negligentię abs te accusari/si tardius te adeũt/quæ vel in alpinis niuibus tibi occurrissent/si cui adiumento tibi esse posse putassent. Sed tutius te domi salutabunt/& tu eas expeditior leges. Scis quid afferant? gratulantur imprimis Incolumitati tuæ: deinde orãt/vt Hubertini tui nõ obliuiscaris/deq; eo promereri pergas/vt cœpisti: quãdo quidem Ego te colere nõ desino/nec desinã dum spirit⁹ hos reget artus. Nullum puto esse arctius vinculum q̃ quod Virtus ipsa connexuit/ea te omnibus carum reddidit de me autem non ita male iudico/quin saltem ei⁹ opinione/me abs te amari putem: eam studebo/quantum in me erit/conseruare: & tu cum ea motus fueris: non desines amare: si ea non desiuerit esse. Sed de hoc satis. Si nossem te imbecillo animo esse/accepisses a me Epistolam e Stoicorum Schola deprомptam: q; partus honestissimæ consortis tuę non videatur tuo voto respondisse/sed puto respõdisse/quãdo scio te nihil aliud velle q̃ quod De⁹ Optimus Maximus decreuit/Noli desperare: qui tantis te muneribus ornauit Deus/non negabit etiam: quod nõ solũ tibi/verũ etiam oĩb⁹ amicis tuis maxime placeat. Occurrunt multa in hac re dicenda/sed nihil vltra/ne sus Mineruã/vt erat in antiquorũ ꝓuerbio. Tu vale cũ oĩ fa milia: & Ioãnẽ Scipionẽ stude ĩ ceptis formare disciplinis/vt tãtę virtutis/aliq̃ imago supsit. Casale.xiiii.Kl'. Juni.

Eruditissimo.

Eruditiſſimo Viro Hubertino Creſentinati Petrꝰ Cara. Salutem.

IOannem Scipionem meũ: Immo tuum: Iãpridẽ ad te mittere ĩſtitui: vt tua Doctrina/tuiſq; Moribus/quod ſemꝑ optaui/melior fiat. Eam ob rẽ Bonifaciũ familiarẽ noſtrũ/& eruditorẽ ſuum: in præſentiarum ad te mitto/a quo reliqua vberiꝰ accipies: & quo cũ oĩa/vt mecũ/loq poteris: Age/te obſecro/vt quę puero neceſſaria/vel honeſta videbũtur/intelligam. Ego.n. Auſpiciis/conſiliiſq; tuis fretus/nihil ꝑtermittam/quod ad boni parentis officium ſpectet. Bene Vale. Taurini. xxviii. Nouembris. M.ccccxci.

Eiuſdem ad eundem.

NVnc tandem Ioannem/Scipionem ad te mitto: quẽ vnũ/tibi vni tardo ex corde erudiẽdum/& Bonis Artibꝰ/Boniſq; Diſciplinis/& Moribꝰ exornandũ. Hoc ſi(vt iſpero)abs te fieri ſenſero/nihil mihi gratius(Deũ teſtor)facere poteris. Omnis enĩ In Aſcanio Cari ſtat cura parẽtis. Reliqua ex harũ latore Martino familiari meo/intelliges viuis affatibꝰ. Vale/& me/ac Ioãnẽ Scipio. ama. Taurini. 4. Decẽ. Ad hec Auri Ducatos illi ad te octo ꝓ principio ſui cõtubernii dedimus.

Petrus Cara Ioanni Scipioni filio Salutem.

Io. Scipioni filio. P. C. S.

EXcitaui te sæpius Litteris meis ad Virtutẽ Ioannes Scipio Mi, neq; tamen iterum excitare te desino: Virtus apud omnes Clara, æternaq; habetur. Virt⁹ & viuẽti, & Mortuo secura est, permanẽsq; possessio: hac vna te clarũ: mihi autẽ gratũ facere potes. Litteris igitur, quæ Virtutem docent, & ipsi Virtuti simul, & diligenter incumbe: Vale: & Hubertinum preceptorem tuum meo nomine Saluta. Taurini.

Hubertino Clerico Cresentinati. P. C. Salutem.

POstq̃ suades: vt Ioannem Scipionẽ ad leges euocem, faciam sane quod consulis: Voluissem mea sententia: vt studiis humanitatis Annũ iterũ intendisset: cum ꝙ illi tenella nimis ad leges capescẽdas sit ętas: tum ꝙ in ipsis humanitatis studiis nec dum satis eruditus pro voto videatur. Verũ posteaq̃ ita sors tulit: sequemur & nos temporũ, ac fortunæ cõditiões. Cũ enim Puerorum, & Adolescẽtũ Ingenia ꝓcliuiora sint ad Luxum, q̃ ad Studia: Industria ꝑfecto, & Arte iuuãdi sunt, ne Studia deserãt: quod desperatiõe quadã: aut difidẽtia sæpe cõtingit. Ego Ioãni Scipiõi nusq̃ defui, neq; deero, mõ sibi deesse nolit. Incũbet hoc ꝓximo anno primis legum cunabulis: neq; tamen, meo iudicio, ita incũbet, vt omnino studia humanitatis prætermittat. Dabit & illis interdum operã, vt firmior, & doctior euadat. Sequentibus annis Deo autore totum se legib⁹ dedicabit: omneq;

Studium

Studium suum in illis consequendis apponet. In quibus vtinam aliquando/ vt cupio/ Clarus euadat. Tu mihi/ si libet/ de his iudiciũ tuum dabis: Nosti pueri Ingenium. Ego consilia tua libens sequar. Interea me tuum semper existima/ Credeq; me nũquam tibi/ vel tuis defuturum: Amici causam/ vt scribis/ commẽdatam suscipio. Reliqua ex Martino harum latore latius intelliges: quo cum de impensa Io. Scipionis/ si placet calculabis: ne quid tibi/ aut alteri desit. Vale.

Ad Clarissimum. P. Caram de Iudicio suorum Carminum Bassanus Mantuanus Poeta.

NE dederis domino/ fuerint si digna reprendi:
Si Bona/ si fuerint Carmina Docta/ dabis.
Principis illius/ quã doctam tangere dextram:
Iudiciũ malunt Carmina ferre tuum.
Quod si laudabis/ solito de more/ Poetam:
Et dices: fatui res habet ista nihil.
Redde Precor: doctæ nã carmina Principis auri
Grata magis Petri munere dantis erunt.
Et si nõ ingeat: & si non magna rogamus/
Hec etiam domino reddita Petre legas.
Illa videbuntur nam te meliora legente:
Et facies versus pondus habere meos.
Hinc quoq; cum docte/ cum legeris omnia belle:
Verba (sat est) pro me dic duo. Dic/ Bona sunt.

Christophorus Bullatus.P.C.de filii obitu Cõsolatio.

IMmaturior e vita discessus puelli tui/me hoc mane cõmouit ad singult⁹/& lachrymas:cũ ad Diui Frãcisci ædẽ funus efferret:cui ego cũ reliq̃s/Qui hic Autoritate pollẽt/ꝑ decorãda morte interfui: Tu casum ita feres:vt sapiẽtẽ decet:& mẽineris naturã oĩb⁹ q̃ nascunt mortẽ ꝓposuisse:Itaq; hoc fortunæ telũ tua animi Constãtia/& Virt⁹ eo facili⁹ ꝓpulset:quod eũ non mõ moriturũ:sed añq̃ discederes paululũ vitæ sup esse arbitrabaris:Quo enĩ in viridiori ætate parẽs oĩum Deus ad se illũ accersiuit:eo min⁹ onustus peccatis:imo facili⁹ cogitãdũ est ĩ ęthereã regionẽ cõuolasse:ego q̃dẽ deos ĩmortales huic tuę fortũę inuidisse existimauerim: Qui cũ tanta fœlicitate legationẽ obiueris:quantã oẽs optabam⁹:aliquod dãnũ/& calamitatẽ reb⁹ ꝓspis aspge re:& immiscere voluerint:& priuato detrimẽto publicã Lętitiã extenuare:ne fortuna ipsa cõstãtior/q̃ res humanæ velint esse videatur Vale. Taurini Quarto idus Nouembris.M.cccxc.

P.Cara Illustri Domino Augustino Adurno Ducali Locumtenẽti/& Consilio Antianorum Genuæ.S.P.D.

QVantum cõfidat Illustrissima/Excellẽtissimaq; Domina mea/Excellentiæ vrę/nõ facile possem explicare.Neq; enim ignorat ipsam Excellentiã vestram/

vestram, ꝑ sua innata Bōitate, & bene gerēdi Modestia, aperte Pacē, & Quietē omniū, & præcipue vestrorum Genuēsiū: ac suorū Niciensiū, quid dixi suorū, immo vestrorū quoq;. Quādoquidē vt intelligo, Ipsa Excellētia vestra cū ipsis Niciēsibus non modica Necessitudine, ac nō vulgari Amicitiæ vinculo deuincta sit: præsertim cū ab ea Ciuitate Nobilissimū, vt accepi, ortū traxerit. Ea itaq; spe freta Illustrissima, ac Excellentissima Princeps mea, & nō minore quoq; studio, Pacē, & quietē appetēs, lr̄as ad Excellētiā vestrā, & Magnificos Dn̄os Ancianos mittit. Ego vero Iussu, Noīeq; Ducali, ex Taurino, huc Niceā veni, sufficiēti, amplaq; potestate, ꝑ sedādis, cōponēdisq; discordiis, īter Genuēses, & Niciēses, iāpridē, nuperq; subortis, parat⁹ sum, qn̄ libuerit, cū eligēdo & deputādo e latere vestro, cōuenire, vt intellectis discordiarū causis, finis tandē illis imponam⁹, & vbi ita visum fuerit, loc⁹ Monachi medi⁹, & apt⁹ esse videtur. Rogo itaq; Excellētiam vestram, vt huic rei, pro sua Prudentia, & cōmuni vtriusq; status, & subditorum vtilitate, eam se pręstare velit: qualem ipsa Illustrissima Princeps mea cōfidit. Et ego etiam pro mea virili non ambigo. Nihil enim ex mente ipsius Principis meæ, e latere vestro deerit, quod ad sedandas, componendasq; huiusmodi discordias, honeste possit desiderari. Interea bene valeat Excellentia vestra, cuius bonæ gratiæ ex corde me commendo: & a qua breue & votiuum responsum prestolor. Niceæ Quarto Maii. M. ccccxci.

Magnifico &

Augu. Adur. Duca. Locũtenen̄. Petro Caræ. S.

Magnifico & Præstantissimo Domino Petro Caræ Ducali Consiliario. Augustinus Aduruus Ducalis Genuensis Gubernator / ac Locumtenens. S.

SI præclarissima Domina Dux mihi confidit / certe non fallitur: Semper enim summa Veneratione Præclarissimam Sabaudię Domum Maiores nostri coluerunt / & ego quoq; eorum vestigia sequens / ita semper in omnem gloriam / & desideria Illustrissimę Ducis vestræ paratus sum / vt omnes Curas / omnesq; labores / pro Amplitudiue Celsitudinis suæ / & commodis subditorum suorum / libenter subditurus sim. Eritq; mihi summe pergratum si Sapientia sua testimonio Magnificentiæ vestræ / persuaserit sibi / me prompto Animo / & Sincera mente / in omnia vota sua esse paratũ. Pro vestra autem Magnificentia ita me / & operam / & vires meas offero / vt non plura pro Magnifico / & Glarissimo fratre meo / facturus sim. Adde etiam / q in causa Niciensium / de qua nunc agitur / quantum Reipublicæ cura patitur / multum afficior / siue id faciat / Naturalis quædam & impressa membris / Natiui soli vis / siue quia deuotio mea ad Excellentissimam Sabaudiæ Domum impellit Celsitudinis suæ subditis enixe fauere. Verum Magnifice Vir / facile cognoscere potest Prudentia vestra causæ Niciensis tractatum / non mihi soli / sed Magistratib9 / ad hoc mecum deputatis / esse permissum. Et tamen semper / cumq; occasio dabitur / ita voluntati Excellẽtissimę

illius

illius Principis/ita adhortationibus Magnificentiæ ve ſtræ adhærebo/vt omnes intelligere poſſint/me & Pa/cis amatorem eſſe/ & quantum publice dignitatis ratio permittet/Nicienſium commodis fauere/Itaq; vt ſibi perſuadeat Prudentia veſtra iterum atq; iterum precor vtq; id etiam Excellentiſſimæ Dominæ Duci' ſignifi/cet impenſius rogo/cui inſeruire eo mihi dulcius eſt/ qa prçter affinitatem cum Præcellentiſſimo Domino meo arcta amicitia Excellentiam ſuam coniunctam video. Si quid pro veſtra præſtantia poſſum/ ſignificate mihi/ qui ſum in omnia cõmoda ad dignitatem veſtrã paratus. Genuæ die.xii.Maii:M.ccccxci.

Auguſtinus Adurnus Ducalis Genueñ. Gubernator & Conſiiium Antianorum Communis Genuæ. Petro Caræ Salutem.

MAgnifice vir/nunq̃ dubitauim⁹ de optimo ĩ nos animo Illuſtriſſimæ Ducis veſtræ/quæ p ſua Sapientia/& Æquitatę oĩa regere/& adminiſtrare recte ſolet/ erga nos præcipue:qui cum Clariſſimis Sabaudiæ Principibus/antiqua Amicitia/& pace iuncti fuimus.Et nos certe pro veteri ſtudio noſtro/nihil recuſaturi ſumus:quod ad ſublimitatis ſuæ gloriam/pertinere cognoſcamus Quod autem ad cõponendas diſcordias/cũ Nicienſibus/ Magnificentia veſtra pſcripſit/ſatis Excellentiſſimo Dño nõo/& Illuſtriſſimę Duci vrę rñſum dedimus.

dedimus.Nos ſcilicet cum honeſtæ/& cauſæ noſtræ con uenientes conditiones offerentur/non recuſaturos. Cę/ terũ ſi pro Magnifica amicitia veſtra a nobis aliquid cu/ rari poteſt/ ſciat nos Virtutibus veſtris magnopere affi ci. Data Genuæ.xv.Maii.M.cccclxxxi.

Petrus Cara Magnificis dominis Gubernatori & Cõſi/ lio Antianorum Genuæ.S.D.

LItteras Magnificentiarũ veſtrarũ humaniſſimas quidem illas/& elegantes accepi:quibus/vt mihi videtur/ſummatim perſtringitis Magnificẽtias veſtras/& Illuſtriſſimę Diueq; Prĩcipi meæ ac Illuſtriss. Excelſoq; Domino veſtro/itidẽ/quod & mihi litteris ve ſtris rñdiſſe. Vos ſcilicet quãdo honeſtę/& cauſę veſtrę cõditiones offerentur/cõpoſitionẽ diſcordiarũ veſtrarũ cum Nicienſibus nequaquã eſſe recuſaturos:nec ampli⁹. At pace Magnificentiarũ veſtrarum dixero/neq; Ducali bus/neq; meis quoq; litteris ſatis/ vti ſperabam a vobis factum eſſe videtur. Scripſit imprimis Magnificentiis veſtris Illuſtriſſima Diuaq; Auguſta mea/Sabaudię Dux ſe/ſe diſcordias veſtras/cum Nicienſibus ſubditis ſuis iampridem exoſas/& permoleſtas habere/& ob eam rem/me vnum plena/& ampla ad ſedandas ipſas diſcor dias poteſtate/Niceam deſtinare:Rogareq; vt captis lo co/& die Magnificentiæ Veſtræ alterum pari poteſta te mãdarẽt.Ego vero per litteras ſub die quarta Maii

Magnificentias

Niceam aduentu certiores feci/rogauiq; vt hominem e latere vestro instructum/& sufficienti potestate/vel in oppidum Monachi mediũ/vel in cõmune alium/& gratũ locum transmitterent/quo & ego quoq; pro cõponendis ipsis discordiis conuenirem/nihil etiã prætermitterem quod ad tollẽdas ipsas discordias/a me posset honeste desiderari. At Magnificẽtiæ vestrę/bona venia vestra sit dictũ/neq; de homine trãsmittẽdo/neq; de loco cõmuni capiũdo verbũ faciũt vllum. Quod profecto me in non paruã admi rationẽ adduxit. Cum Magnificẽtię vestrę/pro summa eorũ Sapientia/& Modestia intelligãt id Iustum/& Honestũ esse. Quod autẽ scribitis si honestę/& causæ nostræ conueniẽtes cõditiones offerẽtur/cõpositionem non recusare/ sane si hominẽ instructũ/& sufficienti potestate munitũ/loco medio (vt par est) transmiseritis/ nõ recedet/quin oĩa a nobis intelligat/& cõsequatur/quæ Paci/& Quieti conuenient/& cõpositioni ipsarum discordiarũ congruere recte videbuntur. Neq; deerit mecũ Niciẽsis aliquis/ & Potestate sufultus/si oportebit/qui causam Niciensiũ proponat. At deputandus a vobis/& ego Ducali fretus autoritate/intellectis rebus/admissis/quæ videbuntur admittenda/ac reiectis quę ꝑ æquitate nostra videbuntur reiciẽda/non sequuti quoq; singularũ personarũ affectus/cõmunem Pacẽ/& Quietem amplectemur/ab Iniuriis/ & damnis subditos hincinde abstinere decernemus:& ea tandem/Deo autore/perficiemus:quæ Deo Immortali grata/& Reipublicæ/ ac

singulis

ſingulis ſubditis honorifica / & vtilia futura confido. Quod ſi fortaſſis oĩa primo cõgreſſu ſedari / terminariq; nequierint / hoc ſaltẽ cõmune bonũ efficiem⁹ / ꝙ repreſalias oẽs / & iniurias ad tẽpus ſuſpendemus / & alio cõgruẽtiore loco / ſingula reliqua referemus. Ad eas itaq; res cõficiendas Magnificẽtias veſtras Iterũ / atq; Iterũ inuito. Rogoq; vt pro conſeruãda veteri Amicitia / pro cõmuni vtrinq; ſubditoꝝ Vtilitate / locũ mediũ eligatis: Hoĩem plena poteſtate mãdetis / vt habito mutuo colloquio / perſpectis reb⁹ / ſublatis repreſaliis / & Iniuriis liberi hincinde ſint Cõmeatus / libera Nauigatio / libera Cõmertia. Nã & eius quoq; mẽtis eſſe Illuſtriſſimum / Excellentiſſimumq; Mediolanenſiũ Ducẽ non ambigo / vt ex litteris Excellentiæ ſuæ ad Illuſtriſſimã / Diuãq; Principẽ meã / facile comprehendi poteſt. Deus optimus Maximus / & oẽs Chriſtianorũ Prĩcipes / optimi teſtes erũt. Illuſtriſſimã Excellẽtiſſimãq; Principẽ meã / nihil magis appetere / q̃ veterẽ Amicitiã cũ oib⁹ / & ꝑcipue cũ veſtra illa Inclyta Republica / & Singulis Genuẽſib⁹ cõſeruare: Paci & Quieti ſtudere / nihil eſſe qđ ꝓ ſedãdis diſcordiis veſtris / cũ ſubditis ſuis / illi vnq̃ poſſit ĩputari. Interea Magnificẽtias veſtras / recte valere cupio / a quib⁹ / ſi placet breue rñſũ expecto. Ex Nicea die.xvii.Maii.M.ccccxci.

Auguſtinus Adurnus Ducalis Genuenſium Gubernator / & Locumtenens. & Conſilium Ancianorum Genuæ. Petro Caræ. S.

Magnifice

MAgnifice vir: Nota nobis erat Prudentiæ / ac Ingenii / & Doctrinæ veſtræ fama. Nunc his Virtutibus / aperte videmus / addi debere veram animi Bonitatem: quæ quantum in ſe eſt / diſcordias populorum componere ſtudet. optimum humanæ mentis propoſitum / & ab omnibus certe laudandum. Si veſtra Magnificentia in dignitate poſita / cum fide & affectu cōcordare Inimicitias tētat: Nos quoq; Quietem ſemper optauim⁹ / quoniam ita nobis a Natura datum eſt / & Mores viuēdi noſtri Mercaturæ dediti / faciūt vt Pacē cōtētionibus anteponamus. Cum Niciēſibus diſcordiæ ortę ſunt / non noſtra culpa / ſed illorum impulſu / qui Vicinitatis / & Amicitiæ iura primi violarunt / & nos maximis dānis affecerunt. Cum Præclariſſima autem Sabaudienſi domo / in Pace ſemper / & Syncera Amicitia viximus / & nunc cum Exeellentiſſima Duce veſtra amiciſſime viuimus. Pro cuius Amplitudine / & Gloria prompte omnia facturi ſumus / & eo promptius / q̄ ſcim⁹ eam magnis cum Excellentiſſimo Domino noſtro vinculis eſſe coniunctam. Ad Epiſtolam veſtram die.xvii.menſis huius Niceæ datam / quid aliud in pręſentiarum reſpōdeamus non habemus / cum Illuſtriſſimæ Duci veſtræ / & Præcellentiſſimo Domino noſtro Pridē litteras / de hac ipſa materia dederimus / a quo nundum datum reſpōſum fuit nobis. Veſtræ autem Magnificentiæ pro optimo in nos affectu ſuo / gratias agimus / parati ſemper / cumq; dabitur occaſio / vicē referre / q̄lē gratos decet erga B̄n̄merētes.

Et ſi

P.C.Ill.Ducali Guber.& Cõsi Anciano.Genuæ.

Et si oblationum nostrarum experimentum vestra Ma/gnificentia faciet/inueniet quanti sint apud nos Virtu/tes vestrę. Data Genuæ Die.xxvi.Maii.M.ccccxci.

P.C.Illustri Ducali Gubernatori/ac Magnifico Consi/lio Ancianorum Genuæ.

SI Pacem/si Quietem cum Niciensibus optatis/agite queso/ne diutius hic tempus teram.Agitur iam octauus/& vigesimus dies/quo vobiscum lit teris/ad Pacem/Concordiamq̃ cōtēdo/quā & vos quoq̃ optare Litteris vestris quarto Calēdas Iunias/Genuę scriptis/significastis.At eo prætextu censetis differēdū: quod ab Diua/faustissimaq̃ Principe mea/& Excellētis/simo Domino vestro/Litterarū iam pridem ad se missa/rum responsa non habueretis/cum tamē vobis (si vera fa teri volumus) ipsorum Illustrissimorū Principū mentē iam pridem ignorare non liceat.Quippe qui tot frequē tibus Litteris/& argumentis illam vobis patefactā esse voluerunt. Sed ne nobis pro voto aliquid desit/ne ne vllus locus excusationi relinquatur:mitto Magnificētiis Vestris prelibatę Illustrissimæ/Diuæq̃ Augustæ meæ Litteras/Vestris/vt optatis/responsiuas/quibus/& eius sincerā mentē:& Illustissimi quoq̃ Principis vestri abun de poteritis ītelligere.Summa rerū est/si hominē toties requisitū/& Fide/Potestateq̃ vestra suffultū/in locum mediū/siue is Monachi loc⁹ sit/siue alius/pro cōponēdis

vestris/

vestris/ Niciensiumq; discordiis/mandare cõstitueritis/ pergam & Ego libens.& statuta die conueniam:prȩter mittamq; eorum nihil/quæ vel ab Diua Principe mea/ vel a Populo Niciensi/vel a me ipso/honeste vnquã pos/ sint desiderari.Si autem vel forrassis non mittere/ vel plus iusto rem differre decreueritis/ Taurinum statim/ & in Regiam Illustrissimæ/Diuȩq; Augustȩmeæ bonis auspitiis recontẽdam/ putaboq; muneri meo satis/supra q; fecisse/neminemq; Christianorum Principum/ad quẽ res peruenerit/ futurum esse/qui & nos Concordiam ap petisse/ & appetitam a nobis sæpius exegisse plane nõ in telligat.Nihilq; in omni Fortuna/qualiscũq; futura sit il la/Deum & sidera testor/nobis ascribi/aut impingi unq̃ posse.Illud etiam fatebor ingenue/ Illustrissimã/ Diuãq; Principem meam/salua Maiestatis/ & Imperii sui digni/ tate/ neq; posse/neq; debere/Fidelissimum/ Antiquissi/ mumq; Populum suum Niciẽsem indefensum relinque re:Quinimo ea omnia pro illo parare/aggredi/agere/ quæ optimã/& Iustissimã Principẽ decẽt. Interea Ma gnificentias vestras bene valere cupio/a q̃bus tã meis/q̃ Illustrissimȩ / Augustȩq; meȩ lr̃is/quarum quoq; copia/ & exemplũ apud me est/breue/si libet/& vt iam tãdem res exigit/responsum expecto. Ex Nicea pridie Calen das Iunias/qua hora vestras accepi.M.ccccxci.

P.Cara Illustri Gubernatori/& Consilio Antia norum Genuæ.S.D.

 Non sine

P.C. Illu. Guber. & Cõsi. Antia. Genuę. S.

NOn sine ingenti admiratione nup intellexi Magnificentias vestras/suos Ciues/& circũadiacentes Populos ad arma cõcitare/iuberecp vt Niciēses Ducales Sabaudiæ subditos/eorũue bona/si fieri põt capiant/atcp diripiant. Id profecto/pace vestra sit dictũ/satis inhumanum/& ab omni Hõestate/ac recta bene viuendi ratione alienũ esse videtur. Nam cum de ineunda rerum vestrarum/& Niciensium Concordia/mutuis studiis agi sit ceptũ. Ego nomine/& auspiciis Illustrissimæ Diuæcp Augustæ meæ/pluribus iam litteris/ex Nicea ea de re Magnificentias vestras admonuerim. Quippe qui in pręsentiarum quocp pręsto paratus sum/ea oĩa magno animo aggredi/que salua Principis dignitate/Pacique Quieticp conueniũt. Nemo sanę mẽtis existimat hoc medio cõponendarũ discordiarum tẽpore/nullo presertim litteris meis vltimis dato respõso/huiusmodi hostiles apparatus/& motus contra Nicienses/debere conflari. Nicienses/vt necp vos latet/ Imperio Illustrissimi Excellentissimicp Principis mei subsunt/necp sine suæ Maiestatis Iniuria/a quoquã damnis/& Iniuriis affici possunt. Quare Magnificentias vestras rogo/vt ab huiusmodi concitationibus/hostilibuscp tumultibus contra Nicienses abstineant. Nihil enim Niciensis populus/contra Genuẽsem vnq̃ molitus est. Quippe qui sincera mente/sine vllo velo dolo vobiscum agit/& vestram amicitiam/ vt par est/caripẽdit/atcp magnifacit. At si quæ priuatorum Ciuium/hic & inde sunt Querellę/quę certe perplures esse possunt. tentanda

sunt.tentandą nobis alia via est:qua amica ratione/& re/ctis consiliis omnia componantur. Cogitate vobiscum Magnificentissimi Patres/& pro vestra summa Sapiētia inq̄ cogitate/quot Cōmoda Pax secum afferat:quot Bellum Incōmoda.Pacem igitur/& Quietē amplectamur/ Bellum omne/& discordias/veluti pestē fugiamus. Vtri꜡ certe Reipublicę/bene cōsultum iri video/si priuatorum Ciuium hinc inde odia extirpare/male gesta corri/gere/futuris recte prouidere perrexerimus. Quæ omnia a me/Ducali/quo fungor/nomine ex sincera/& Ingenua Niciensiū mente absoluentur:modo pari animo/pa/ribus꜡ studiis/& salua vtrius꜡ dignitate e latere quo꜡ vestro procedatur.Expecto indies responsum/& in ho/ras a Magnificētiis vestris/quid de hoīe nomine vr̄o trās/mittendo/& loco cōmuni captando/ pro componendis huiusmodi discordiis/consulto decreuerint. Interea ab Iniuriis/& damnis hincinde abstinendum censeo.Quod si fortassis Niciēses Iniuriis lacessiti/aut damnis a vestris afficerētur/ quod sane ne꜡ credo/ne꜡ mihi possum per suadere/nō iniquū videri deberet/cū iure naturali se defēdere/& Iniurias liceat ꝓpulsare/si remediis ad hec vterent̄ opportūis/ne꜡ se opprimi paterent̄.Bn̄ valeāt Magnificētiæ vr̄æ/in quarū amplitudinē/& gloriā me sem ꝑ paratissimū offero. Ex Nicea die.xxiiii.Maii.M.ccccxci.

P.Cara Ducali Gubernatori/ac Magnifico Consilio Antianorum Genuæ.S.

P.C.Duca.Guber.ac Magnifi. Cōsi.Antia.Genuę.

QVod antea mihi semper persuaseram/id pfecto Litteræ vestræ ad octauum Iunii diem Genuę scriptæ/& Vndecima eius mensis Vrbe Nicea mihi redditę abunde declararunt. Magnificētias scilicet vestras ad concordiam rerum vestrarū/& Niciensiū animum affixisse/& cōmuni/medioq; loco Virū eius rei causa/destinare constituisse: Hocq; Pium/& Sanctū propositum vestrum Excellētissimo imprimis Domino Vestro Mediolanensiū Duci/tum & Illustrissimæ quoq; Princi/pi meæ/postea Litteris vestris īdicasse. At loci Viriq; nominationem/quam Excelsi Principis vestri arbitrio/vt equū est/& honoris causa/reseruastis/pauculos īfra dies/vt verbis vestris vtar/Vos significaturos mihi/litteris etiam vestris declarastis. Vtrūq; certe vti Sapienter a vobis institutum/Ita mihi quoq;/& omnibus Bonis per īucundum/Quippe qui in rebus humanis/salua vtriusq; status dignitate/nihil magis/q̄ Pacem/Cōcordiamq; desidero. Expectaui Sapientissimi Patres/& expectans expectaui hic Nicee post vltimas vestras ad me scriptas/non solum pauculos dies/vt scripsistis/verum & Vigin/ti vltra alios sex/& triginta/quibus antea ex Nicea semp Magnificētias vestras/crebris litteris meis ad cōcordiā īnuitaui. Nūc cum de loco medio/vel viro transmittendo post tot numero/dies a Magnificētiis vestris prę multitudine fortassis rerū/vt est verisimile a vobis gerendarum/nihil hactenus intellexerim/nō indignū existimabitis/si bonis rationibus Taurinum vsq;/& ad conspectum

Diuæ

Diuæ Principis perrexero/Eo mihi credite/Deū testor animo/ ea solida mēte/vt declarato a vobis loco/lectoq; Viro/ac interiecto opportuno temporis interuallo/om/nino adsit:qui nomine Diuæ Augustæ meæ/læta fronte conueniat/ de ineunda Cōcordia tractet/nihilq; præter mittat quod ad bene/quieteq; viuendum spectet. Diem igitur/& locum/& virum/si libet/In hoc enim vobis de ferimus/per Litteras vestras Illustrissimę Diuæq; Augu stæ meę/aut mihi/si visum fuerit/Taurini significabitis. Et Astensi/aut Albensi Ciuitate/vel oppido Cęua/ vt puto/ recte cōueniemus.Quem itaq; trium horum loco rum malueritis/quæso declarate/Nullum enim commu nem/Idoneumue magis ad conueniendum/tractandūq; diiudico.Quo accepto nihil deerit e nobis/quod ad tol lendas/discordias/ad reconciliandam/firmandamq; com munem vtrinq; quietem/honeste queat desiderari. In/terea Magnificentias vestras/ rogo vt suos ab Incursio/nibus/Damnis/Iniuriis in Niciēses/vt par est/& res exi git/ac certe mihi persuadeo/terra/mariq; cohibeāt/quā doquidem Nicienses ipsos/infra suos confines/post meū huc aduentum/& hactenus sine damno vestro continui/eosdemq; pariter ab Iniuriis/damnis/incursionibus/con tra vestros/ & terra/& mari abstinerē decreui.Bene vale re Magnificentias vestras opto/pro quarum Splendore & ornamentis me semper paratissimum in omni fortu/na polliceor. Ex Nicea die.xxviii.Iunii.M.ccccxci.

Chriſtopho.Bul.Du.Inſub.Se.& Ora.P.C.Du.Allo.S.

Chriſtophorus Bullatus Ducis Inſubrum Senator / & Orator.P.Caræ Ducis Allobrogum Senatori.S.

PRæſtolabor ingēti deſiderio abs te fieri certior
ſi ſoſpes / & valens traiectis alpibus Niceā perue
niſſes : ſiq; Regis Neapolitani agentes / ad te / ꝓ
his rebus / peragendis ſe cōtuliſſent / quarū gratia iſthuc
ꝓfectus es. Quod cū diligenter effeceris habeo gratias:
altero eni tibi gratulor / quod iteneris aſperitatē / mōtiū
q; difficultatē nō ſupaueris mō / ſed / vti is cui nihil arduū
eſt / fortiter cōtēpſeris. Quo vero ad ꝑfectū Claſſis Nea
politanæ nō reptū miror eqdē / nec minoris negligētię /
Loyxius Ripol⁹ accuſand⁹ eſt. Sed de ꝑfecto fortaſſe / vti
mos eſt eorū / q ſe Pelago cōmittūt / iactat⁹ vētis / & pro
cellis / nō potuit lōgi⁹ inter ea Maria / diuerſari / repetitis
enī lr̄is cū a Pricipe / tū ab Oratore Regio ad me miſſis /
de tarditate tui diſceſſus grauiter cōqueſti ſunt : qbus cū
r̄ndiſſem / te iam aliquot dieb⁹ Niceā cōceſſiſſe / mihi ad
hoc vſq; tēporis reſponſum eſt nihil. Scribā p ꝓximū ta
bellariū / ad quos pertinet / te munus tuum accuratius ex
pleuiſſe / neminē qui cauſam Regiā tueretur reperiſſe.
Sed interea / ſi qui aduenerint a tuo tribunali iuſtitiā eos
ſingulari tuo ſtudio recepturos. Mitto ad te partē quan
dam litterarum his inſertam / quam Princeps pro reſpon
ſione cauſę Genuenſium / & Nicienſium nup ad me ſcri
bit / quod Iccirco facio / ne tantum ea de re animi pēdeas
nam ſi quid certius ſignificatum fuerit / non te fugiet.

De nouis /

De nouis/permagni feruntur Turcorũ apparatus belli ci/& iam in Græciã ingentes aiunt copias/esse traiectas: & ne reliqua mala Christianis desint/vterq́ Rex Ro/manorum & Gallorum ad arma spectare videtur non si ne ingenti Anglicorum motuum trepidatione. Dii me terrent/& Iupiter hostis. Vale & cura valitudinem/me q́ tibi in omni fortuna coniunctum/& amantissimum fo re ꝑsuadeas. Tua spectatissima & pudicissima vxor/tuiq́ omnes bene valent. Taurini sexto Idus Maii. M.ccccxci. Ab Diua nostra Principe mihi has ad te scribenti/mis sæ sunt Litteræ tuæ perlegendę/quas ad eam modo scripsisti.

Christophorus Bullatus Ducis Insubrũ Senator & Ora tor Petro Caræ Ducis Allobrogum Senatori.

EX litteris tuæ Magnificẽtiæ modo acceptis plu rimũ anceps factus sum/quod litteræ meæ ad te/delatę nõ fuerint/qñquidẽ nullã/de illis men tionẽ feceris. Scripsi pridie ad Pricipẽ meũ/qd op⁹ erat tã in causa Regia/quã pro re Genuensiũ/& Niciẽsiũ cõ ponenda/ita vt moniti sint omnes/quorũ de rebus huius modi iterest: fateor officio huius nostræ faustissimę Prin cipis/satis multumq́ factum extitisse. Si aliæ conclusio/nes elici potuerunt vel a Genuensibus/vel ab Ora/tore Regio/fies de omnibus abunde certior/Litte/ras omnis vltro citroq́ datas/inter Genuenses/& tuam

Chriſtopho.Bulla.Ducis Inſub.Ora.P.C.Du.Allo.'Se.

Magnificentiã vidi iuſſu p̄dicte Pricipis/atq; perſpexi. Et quantũ ad tuas ptinet/nihil potuit ad res ipſas mini ſtrãdas accõmodatius/vel prudẽtius abs te perſcribi: & vti in Senatu hoc/corã præfata Principe fideliter con/ſului/ita etiã tibi dicendũ eſſe cenſeo/vt ſcilicet expecte tur reſponſio tuarũ litterarum diei Septimidecimi pr̨ſentis/per te ad Genuenſes ſcriptarum:vt poſtea conſul tius deliberari queat. Vale/& cura valitudinem vna cũ proſpera reuerſione tua. Taurini.xxiiii.Maii.M.ccccxci.

Chriſtophorus Bullatꝰ Ducis Inſubrum. Orator.P.C. Ducis Allobrogum Senatori.S.

HVi quid tãdem eruiſti ab Ingenio illo liguſtico? nunquã ſane exiſtimaſſem/te eo loci rem fore p ducturum:quo nũc(quod tibi gratulor) pduxi/ſti/vt ſcilicet litteris ſuis Genuenſes/& fateri/& polli/ceri coegeris a diſcordiis tandem velle cum Niciẽſibus diſcedere/& Concordiæ opus ſanctiſſimũ amplecti: Nõ tibi quippe minorẽ laudem deberi/a cõmuni Principe ar bitror/quod Genuenſes ad id tuis grauibus/ & ornatiſſi mis litteris cõpuleris q̃ ſi extorrem ab liguribus concor diam/in Patriam illam reuocaſſes/& veluti ab inferis ex citaſſes. At ne tuo labori/meũ ſtudiũ vlla in re deſit/ſcri pſi ad Pricipẽ meum/vt de loco ſtatim meditetur/& ſta tuat/propoſitis his a me locis/qui tuis in litteris ad Diuã hanc Auguſtã noſtrã cõmemorant. Quare ſperãdũ eſt/

de Genuenſibu

de Genuensibus nobis aliqñ sublatã esse molestiã, modo magis in hac sentẽtia persistant, q̃ moribus suis insistere velint. Tu pertesus illarum regionũ isthic elangues, No bis hic tua tã diuturna absentia iã molesta eẽ cępit. Itaq; cura isthinc abire, & quãtotius potes ad reuersionẽ accin giro. Satis enim Prouincię illi maritimę p̃fuisti, & q̃ gesſisti, ea sunt, vt nõ mediocri laude, & pręconio extolli, & exornari valeant. Quod autẽ de me eligendo in reb⁹ Genuensiũ cõponẽdis meministi, oro, si me amas, mẽtio nẽ hãc silẽtio penit⁹ tradas. A duab⁹ enĩ reb⁹ in vita sem per abhorrui, a caloribus scilicet, qui nũc magni sunt, & molestiis Genuensiũ, quæ semper maximę fuere. Vale. Taurini Quintodecimo Calẽdas Quintiles. M.cccc.xci.

Christophorus Bullat⁹ Ducis Insubrũ Senator, & Ora tor Petro Caræ Ducis Allobrogum Senatori.

ETsi satis notam Indiam veterũ autorũ monumẽ ta nobis reliquerint, qua in re Strabonis, Plinii Secundi, ac Ptolomei, aliorũq; labor eximi⁹, mlt taq; lucubratio perfloruit, Tamen cũ plerũq; res rebus lumen accendere, atq; lucem præbere soleant, & alia ex aliis clariora efficiantur, Pogium Florẽtinum eã ob rẽ, vt arbitror, non mediocri cura elaborasse comperio, vt claritas Indorũ, atq; potẽtia, illeq; remotior orbis, explo rato hominis Veneti testimonio, vel iterum, & sępi⁹ no tus, vel paulo notior nobis efficeretur. Quam ob rẽ etsi

peracerba

ob rem & si peracerba detrahētium tela sim exceptur9 cum in pauca q̄dā festiua / lasciuaq; dicta legētes incurrerint / & p̄terea viderint nō oēm penit9 Indiā: quæ intra / extraq; Gangē latissime patet / fore recognitā. Tamen cū Pogius doctus / & perurbanus in his obscęnis licētia fuerit astrictior / & in corographia declarādisq; morib9 / aliis videatur autoribus huberior / nullusq; liber adeo sit prauus: qui (vt est Plinii sentētia) aliqua ex parte p̄desse nō valeat / existimaui rem lętā / atq; iucūdam cōplusculis viris me facturū / si mea cura hūc libellum / quem vir ille de varietate fortunæ cōposuit / & inscripsit / fœcūda litterarū impressio oīb9 elargiret / arbitrat9 nō belle hoīes de me existimaturos / si quod penes me abditū opus resideret / quod traditū publico vsui / cōmuniq; omniū cognitioni / nō tā voluptatē cupidis Ingeniis / noscendarū Regionū / q̄ etiā vtilitatē esset allaturū. Ad quod etiam me īpulsum esse fatebor / ne Pogii Rhetoris / & Oratoris nō īllepidi / Memoria penitus obsoleret / illiusq; labor / atq; Scientia / quæ (vt apud Ciceronē tuum legitur) autoris lucē semper desiderat / suo cum autore occidisse videret. Cogitanti itaq; mihi cui nam lucubratiunculam huiusmodi meam potius dedicarem (magna enim correctiōe scriptio indigebat) recordatio tui erga me amoris / se obtulit: & propemodū obuiam profecta est. Quam ob rē plurimū gauisus sum / cum tibi vni ex ordine tuo Senatorio (a quo liuorem abesse decet) magisq̄ omnibus / omnia mea studia deberem profitear. Quandoquidem omnis

tuas

tuas curas ad meam dignitatem Senatoriā assequendam te contulisse perspexerim/ ad quam plane nullo ambitu me obrepsisse magis lętari debeo/ q̄ dolere his honestis artibus adeptam:quæ mihi ex labore/ & industria mea patuerunt:vt de.CN.Planco Ciceronem dicere solitū accepimus.Perpulchre itaq3/ac Prudenter actum arbitror/ab his/ad quos libelli passim peruenerint/si legendo tibi gratias habere/referreq3 meminerint/ꝙ tua causa/quæ me ad id potissimum allicuit/vt te inter legum/causarumq3 Molestias oblectarem/absq3 vehiculo/& discriminine/absq3 itineris peragratione/domi commorātes/vnius diei lectiōe/ ditissima Indorum Regna pagrare valeāt.Nec velim existimes/qn eadem de nobis apud Indos/ quæ de ipsis/ apud nos versetur indagatio / qua quidem ad rerum longinquarum cognitionem ingenti voluptate sæpe perducimur.Illudq3 fieri cernimus/ vt stantes ambulemus/& legendo eo/simus/quo nō sumus/ & cum Taurini agas/ India te excipiat.Vnoq3 eodē tempore Italus In India/& Indus versetur in Italia.Ferunt enim Indos Vulgo persępe iactare/omnes nationes orbis/præter se/& Italos visu carere/& penitus esse cæcas:sed nobis Italis (tanq̄ Arimaspi nasceremur) vnum dūtaxat oculum/Sibi vero duos naturam tribuisse/ quo fit/vt se/nobis eruditiores/ Prudentioresq3 arbitrētur. Sed te multum/diuq3 moror/quem iam videre videor in Indiam properantem. Vale Taurini Quintodecimo Calendas Martias.M.ccccxcii.

Clarissimo

P.C.Duca.Senato.Iacobinus Suigus.S.

Clariss.atq; Celeberrimo Iurecõsulto/ & Comiti Dño P.C.Ducali Senatori dignissimo/ Iacobin⁹ Suigus/ ĩter litterarum impressores minimus.S.P.D.

MEmini Petre Cara vir Magnifice/cum superio/re æstate Mediolani tecũ essem/& pro Illustrissimo Diuoq; Principe nostro Carolo/apud Incly/tum illũ Ducẽ Legatũ ageres/si qd ocii tibi p occupationes aliqñ reliquebat̃/multa grauiter (vt soles) de variis rerũ codicibus disserebas. At primũ oĩum Diuinũ Institutionũ opus/sup cætera laudibus efferebas. Quippe in quo prima legum cunabula/& oĩa fere iuris ciuilis fundamenta vno quodã/ & breui/ac miro cõpendio contineri dicebas: tantiq; opus faciebas/vt sæpius diceres/non minus oportere Iurecõsultum sine hoc volumine/q̃ Sacerdotem sine Breuiario peregre proficisci. Quæ omnia dum ego diligenter auscultarem/tuo illo suasu/tuisq; auspiciis/hoc ipsum Institutionum opus/ paruo isto volumine/sed magno labore/correctum/his litteris imprimendum duxi/quo & cõmunius omnibus esset/& facili⁹ quocunq; proficiscaris/ quocũq; velis deferri possit. Illud igitur/sicut & reliqua studia mea/tuę Autoritati dicaui. Quippe qui cum & hos/& reliquos Iuris Ciuilis libros publice legendo multis annis/interpretatus sis/ Et hoc tibi imprimis iocundius accedat: Et ego quoq; pro mea in te Fide/& Obseruãtia aliquam grati erga te animi significationem ostendam. Vale.

Magnifico

Magnifico/ & Præſtantiſſimo Iuriſconſulto/ & Comiti Domino Petro Caræ Ducali Senatori Digniſſimo Iacobinus Suigus.S.P.D.

ANimaduerti ſępe Vir Magnifice te in Clariſſimorum hominum cętu diſerentē/non paruis laudibus efferre ſolitum Frāciſcum Zabarellam patauinum/Sacroſanctę Romanæ Eccleſię Cardinalem/ Vulgo Florentinum appellatum. Multaq; de eo/memoratu digna recenſere/quę cum a multis/tum a patre tuo Ioanne Cara/ Viro ſua ætate perdocto/atq; Prudentiſſimo/ſepius audieras/vſq; adeo/vt in Concilio Conſtātienſi/culmen Pontificium:Summum Sacerdotium/ad Frāciſcum vnum Zabarellam:pro ſtudiis/pro meritis:p bene acta vita/omnes vno ore deferrent. At Fata/quæ rebus humanis ſępe inuident/hominē in ſummis agentem interceperunt.Sed nec vſq; adeo intercipere potuerūt/ quin Immortalem ſui nominis famā ad poſteros/gloriāq; tranſmiſerit.Reliquit enim inter cætera æterna ſuę laudis monumenta/hec ſcilicet Iuris Pontificii in Clementinas cōmentaria/qbus nihil elegantius/nihil enucleatius/ nihil ordinatum magis/in ea facultate poſſit īueniri. His & aliis pluribus ſermonibus tuis allectus/ſtatui/bonis auſpitiis/ Ipſa Franciſci Zabarellæ Cōmentaria litteris imprimeī/& tuę Dignitati/Amplitudiniq; dicare.Ad quē enim magis/ q̄ ad te vnum illa inſcriberem habui nemīnem:quippe qui temporibus noſtris/in vtraq; iuris cenſura

Iura plurimum excellis:& iura pontificia/ atq; Cæsarea/ multis annis interpretatus/nunc in sublimi illo Ducali Senatu emines/cuius sano/integerrimoq; iudicio/ sicuti Egregia omnia/& magna committuntur/ita ego studia omnia mea iampridem/& ex corde deuoui. Vale.

Clarissimo atq; Celeberrimo Iureconsulto Aurato equiti & Comiti/Domino Petro Caræ Ducali Senatori Dignissimo. Iacobinus Suigus/inter Litterarum Impressores minimus.S.P.D.

Etsi preclara Nicolai Archiepiscopi Panormitani in quinq; decretaliũ libros cõmentaria:a multis/& variis in locis impressa conspiciãtur: Neminem tamen esse arbitror/qui aureas illas additiões Alterius quoq; Siculi/& inter Iurisconsultos nostri sæculi cõsummatissimi/atq; Elegantissi/Andreę Barbatiæ iũctas simul/& ĩpressas/ ni fallor/videre potuerit. Quod Ego ĩn præsentiarũ tuis auspiciis/tuaq; autoritate facere decreui. Opus sane prope diuinũ/& omnib⁹ litterarũ amatoribus/& p̃cipue Pontificii Iuris studiosis iocunditatẽ/ vtilitatẽq; p̃maximã allaturũ. Id tuo suasu/tuisq; admonitionibus libẽtius feci: ꝙ audiui te sæpius dicere solitũ: Duos istos Siculos/nostra/parentũq; nostrorũ ætate/veluti Clarissima duo mundi lumina emicuisse. Quorum alter Panormitanus scilicet/a Patre tuo Ioãne Cara Viro Patricio Consulari pręstantissimo/in Basiliensi etiam

Concilio laudatus/Alter vero Barbacia/a te ipso Bono/niæ auditus miris laudibus efferuntur.Ille patri/iste tibi Doctor superstes/ & viuens fuit:de quorū & Siciliæ lau/dibus/ea ratione nihil dico/ ꝙ intelligo in illis recensen/dis:nō mea inopi/& ieiuna oratione:Sed tua solita/& fer me Diuina Eloquētia opꝰ esse / & ea pręcipue/qua apud Cæsares/Romanosq; Pontifices vti consueuisti:a quibꝰ & ob Ingentia tua benemerita/ multis titulis/& hono/ribus exornaris Maximilianus enim Cęsar te equestri or dine/& militaribus Insigniis/ Systus vero Pontifex Ma/ximus iampridem comitatꝰ te dignitate donauit.Sed de hoc alias/Ad Panormitanum & Barbatiam nostros Sicu los redeamus/ quos ita suis locis connexos inuenies. vt vtranq; Siciliam simul iunctam dicas. Leges itaq; tu/le/gent alii quoq; cum libuerit/hec volumina/a viris certe doctissimis castigata/tum a nobis summo Studio/atq; In dustria non vulgari:vt videbis/impressa/Quæ omnia ꝑ mea in te fide/& obseruantia/ tuæ Dignitati/censurę q; deuoueo. Vale.

Martinus Sallus Christianus Flamen Petro Ca ræ Oratori Facundissimo/atq; Iuris Cęsarei/& Pontificii Consultissimo.S.P.D.

SCripturus ad te Virū sane/nō minus eloquētē/ ꝙ multisciū/ rudis ego locutor/volebā graphiū imprimis subacuere/sed fit (nescio quo fato) vt

pollicem

pollicem incautus percutiam/mox vt gladiolum e techa deduco. Quapropter volenti nihilominus mihi tum ali/quid ad te scribere/inopinata quędam necessitas subiit/carbone potius inficiēdi/q̄ calamo picturandi ex voto pagellas. Itaq; velim dignum me excusatiōe putes/si id modo non prestem/quod & ego mente conceperam: & tu auidiuscule fortassis expectabas. Certum tamen mihi est qualemcūq; exigui meticulosam doloris insaniam cōtemnere prorsus/vt Stoicus/aut animo tolerare constāti/vt Cinicus (Epicureos enim semper odi) vt & mihi nascēti modo ad camęnales disciplinas quoquomodo consulā/& tuæ iam non solum auctę/sed cumulatissimę etiānum Prudentiæ geram aliquando morem: cui equidem insti/tuto/& opinioni huic meę haud paruo erit adiumento/si nonnihil de eloquentia tua/quæ maxima est/cōcedatur/vel clanculum ad horas imbibere: si semper nō licuerit/acceperoq; nonnunq̄ suauiloquentes tuas/& omni (vt dicitur) melle dulciores Epistolas. Quibus vt huius leuiusculi mei doloris optimum spero præsentaneūq; futuras leuamen/ita limatioris tātillum fore alumnas eloquii nō diffido. De Hermolao autem tuo nihil est/quod amplius scribam nisi vt a me videri vellit antequam hinc a Platonicis carceribus abeam ad superos Quod ad hanc nostrā nuperam/immo seram/iam nimium attinet consuetudi/nem/opto eam ita vicissitudine mutua confoueamus/vt in perpetuam crescat amicitiā. L. Vitruuius postq̄ tuos/pro rei opportunitate Architectos istruxerit/opto iaciat

casulæ

casulæ fundaměta meę / vbi pusillum illud / & reliquum vitę solitudiniter viuam siue poti⁹ (vt ita dixerim) emo riar / quãdoquidem non tantũ hic degentibus nobis datũ sit viuere / quãtum in singulos dies emori. Sed vale iam & mutuo me ama. Taurini ex ædibus nostris. xiiii. Calendas Septembres.

Dominicus de Ruere Cardinalis Sancti Clementis. P. Care Ducali Sabaudiæ Senatori. S. P. D.

ERuditissime vir: nobisq̃ Carissime / Gratissime nobis fuerunt litteræ tuę: q̃ & ab amicissimo datæ sunt / & id continebant: quod ad Prudentẽ ad Pium / & vere Christianum Virum maxime accõmodatur. Ob quod te / quem semper propter Virtutes tuas / meritaq̃ amauimus ac magnifecimus / nũc quoq̃ magis / ac magis amamus / atq̃ magnifacimus / tibiq̃ in quibus cũ deo possumus in iis omnibus satisfacere cupimus. Atq̃ vt ad rem veniamus / tuæq̃ honestę petitioni / vt par est / satisfaciamus: de huiusmodi Capellæ fundatione / ornatu / ac dote contenti sumus. Sed quoniã in ipsa nostra Ecclesia plures Capellę antiquit⁹ fundatæ / dotatęq̃ sunt: quę dimoueri nec possunt / nec debent / Ecclesiaq̃ ipsa duplici ędificio / vt cernitur constructa est / ob quod & antiqs nouisq̃ capellis faciendis locus accõmodari poterit: hui⁹ tuę petitionis determinationẽ vsq̃ ad nostrum aduentũ ad partes istas / q̃ breui futurus est / seruandã putauimus /

vt oculata fide rem tibi q̃ gratissimã faciam⁹. Nos enim non solum Ecclesiã nostram / quadratis lapidibus / structuris / tabulatiisq; ornatissimis / quod parũ esset restanrãdam duximus / sed etiam quod magis cupimus / intendimusq; ipsam viuis lapidibus / spiritalibusq; ædificiis reformare / augere / ac conseruare decreuimus. Non sit igitur tibi molestum eorum aduentum expectare / quibus tibi rem gratam facere cordi est. Bene Vale Romæ. xxiiii. Decembris. M. ccccxcv.

Breuiarum Gestorum in Italia ab Carolo Octauo Gallorum Rege / per. P. Caram.

CArolus Octauus Frãcorum Rex / Anno Diuinæ Humanitatis Milesimo quatercentesimo nonagesimo quarto Ex Gallia mouens / Regni Neapolitani / quod sibi pertinere dicebat / potiundi causa / & in Italiam maximo exercitu digressus / sexta die Septembris Taurinum Vrbem ingressus / a Blanca Sabaudiensium Duce honorabiliter susceptus / Cherium primũ / dehinc Astam Vrbem est profectus / vbi morbo aliquali pressus / aliquot dies remoratus / a Ludouico Sfortia Vicecomite / cuius ductu / & Auspitiis in Italiam venerat / salutatur. Casali vrbe a Maria Monferratensium Principe susceptus / dehinc Vigleuio / ac Papia / & Placentia a Mediolanensium Duce / & Ludouico / summis quoq; honoribus receptus Sarrazanã / & Petrã Sanctã / Florentinorũ

oppida

oppida/a Petro Medice Florẽtinorũ optimate/ recepit/ cuius rei causa populus Florentinus Petrũ exulem & ex torrem fecit.Regemq; intra vrbẽ/iactis fœderibus/ma ximo honore recepit.Senas postea/& Vrbem Romam/ ĩnitis cum Alexandro Pontifice Maximo fœderibus in/ gressus:In Regnum Neapolitanũ peruenit: quod prius ĩn eius deditionẽ venit:q̃ illius fines attingeret. Alfon/ sus enim Rex/& Ferdinandus filius relicto iam Regno recesserãt. Potitus igitur Regno Neapolitano Carol9/ & stabilitis/vt sibi videbatur/& in fide firmatis populis/ ĩn Galliam redire constituens & a Pontifice Alexandro Romæ nõ visus/Pisas quæ in suã præter Florentinorũ voluntatẽ venerãt/deditionẽ/peruenit.Et per Appẽni/ ni iuga transiens/vbi ad Furnouũ oppidum ventũ est.cũ maximo Mediolanẽsiũ/& Venetorũ exercitu.haud sine ĩngenti etiam sui corporis/& totius exercitus discrimine dimicauit:& maximis itineribus/inedia/æstuq; Astam cõ tendit.Refectis in agro Pedemontano exercitibus deci/ ma Augusti Millesimo quatercentesimo nonagesimo quinto.Taurino quoq; mouens/vt fessæ/obsessæq; No/ uariæ prȩsidia offerret in Mediolanenses/& Venetos hostes maturat. Castra vltra Seruum Fluuiũ/ad Burga rum prope oppidum locat.Ancipites vtriusq; exercitus animi diu manserant. Erant Venetorum/& Medio/ lanensium copiæ ad Sexaginta Millia hominum: Fran corum vero non multo minores. Tandem de pace agi ceptum est:quæ Deo autore inter Carolum Regẽ

 & Ludouicum

& Ludouicum Sfortiam Vercellis & in Castris. Decima Octobris die/Anno a natali Christiano.M.ccccxcv. se/cretis conditionibus publicata fuit: Hinc Franci in Gal/liam/Heluetii in Germaniam/& Veneti ac Mediolanē/ses in statiua sunt reuersi.

Petro Caræ Georgius Florus.S.

POteris fortassis mirari vir Magnifice: & me ne/gligentię accusare: ꝙ isthinc discesserim te (vt aiunt) hospite insalutato: cū officii mei esse vide/retur priusq̄ abirem: amplitudinē tuam adire: & de mo/re (licet antea bona venia) salutare/ac abeuntiū saltem verbo vale vti. Verū si excusatione admittis mirari desi/nes/& me officiosum fuisse/& nullo negligentiæ vitio peccasse diiudicabis. Pri⁹ enim q̄ colligerē sarcinulas Pa/piam profecturus conueni cū his: qui nauim cōduxerant: ne Taurino liceret abire intra triduū existimās interim negocia quędam expediri/& me officio maxime meo in amplitudinem tuam satisfacere/ac secund. orem nauiga/tionem ob Ingruentes pluuias assequi posse. Verum po/stridie eius diei illucescente cęlo/Zephyris leniter flātī/bus. Intempesta nocte cum apparerent splendescentia sy/dera nonnulli ex sociis/hortantibus uautis mutata sentē/tia vella nondū illucescente die ventis dari/& remos ex/pediri/impelliq; cęteris in eorum sentētiā tractis volue/runt. Ego solus omnibus reluctantib⁹ resistere nō potui.

Exquo

Ex quo nauigandũ fuit præter spem & ante crepusculũ vt amplitudinẽ tuam / vt par erat / & constituerã salutare nõ potuerim. Multorũ tñ dierũ nauigatio fuit: q̃ crassio re nubecula alueo padi infesta: & qua is autumno insideri solet: cursus impediebatur. Quare nõ fugã hũc discessum repentinum fuisse: nec mea causa: cui nihil vnq̃ antiquius fuit: q̃ tibi morẽ gerere: factum / quo min9 ad te profectu rus diuerterem: sed sociorum nautarũq; importunitate iam tibi poteris ipse facile persuadere. Nõ defuit studiũ / diligẽtia / & opera mea (etsi Mediolãi aliquot dies ex cau sa abfui) p spectatæ probatęq; spei Charissimo filio tuo Iuuene Io. Scipione: quẽ propter eius Ingenii bonitatẽ / morũ elegantiã / litterarũ ac liberaliũ artiũ optima rudi menta / exprõptum in me animũ cupio in his politicis / ac ciuilibus studiis multum profacere: vt in summũ virum euadat / & tibi optimo parẽti Clarissimo atq; amplissimo viro non dissimilem. Hoc enim affirmare possum de me ipso in his: quæ ad dignitatem & laudem tuam tuorũq; omnium spectare cognouero / nihil vnquã prætermissu rum. Apud quos quali contubernio quantiq; hic meli9 & cõmodius esse possit alias vberi9 significabo. Pręceptorũ autem & vrbis pręstantia & autoritas / elegantia & aeris amœnitas: quę tibi omnia satis cognita sunt: quęcũq; vel rudia & crassa Ingenia excitare: nedũ acuta & ad omnia versatilia fouere possunt. Meorum autẽ cõterraneorum causam pro singulari tua Prudentia ita tractes rogo: vt intelligant meam apud te cõmendationem non parum

ponderis habuisse. Hoc erit mihi sane gratissimum. Rumor hic indies increbescit de aduentu Francorum in Italiam, belloq; futuro. Deus scit quid futurũ sit, Quod bene vertat. Nã alii spe, alii metu agitãtur. Mediolanẽsem Archiepm vita functum ferunt. Et Ludouicũ Sfortiam cognomento Maurũ suffectum iri asseuerant. Quod minime crediderim: cum longe aliena ab his ei⁹ studia & conatus videãtur. Ignoscat quæso amplitudo tua: apud quã omnia lautiora esse solent: huic nostro inepto dicendi generi. Nam extempore & (vt aiunt) in via mihi importunitate nũtii scribendum fuit. Sed hec malui quoquomodo q̃ nihil existimans boni (& si delicati) stomachi esse inconditos aliquando & incõpositos cibos modo fastidire. omnia enim in rem bonam te accepturum puto pro tua humanitate & Prudentia. Fœlix Vale vnicum decus & præsidium meũ. Papiæ die. xx. Februarii. M. ccccxcviii.

Iason Maynus Iureconsultus. Petro Caræ. Sabaudiæ. Senatori. S.

PEtro Caræ, Patri caro, Iurisconsultorũ Eloquẽtissimo, & Eloquentium Iuriscõsultissimo, Iason Maynus filialẽ obseruantiã dicit. Nisi me litteræ tuæ maxima affecissent voluptate: profecto stipes essem, aut lapideus. Sunt enim suaues, mellifluę, totę officiosę, Humanitatis, & Beniuolẽtiæ plenæ. Suscepi, vt scribis, Scipionem cõmunem filium gymnosophistã, ea intima

cordis dilectione/quã dulcissima propria pignora excipi solẽt.Complexus sum paterno affectu filium tuũ/ Egregię/& Generosę Indolis adolescentem:& vt conitio/ nõ absimilẽ futurum Patris:qui pro assequendo Ingenii cultu hanc Ticinensem academiã petiit. Cur.n.filiũ tuũ nõ officiosissime admitterẽ?qui etiã vernas/ & ascriptitios tuos/omni caritate cõplecterer. Obtuli sincæro animo facultates/& quicqd apud me esset vel doctrinæ/vel fortunarum:paratus totum (vt aiunt) excutere horreum. Si qua in re illi vsui esse possem:aut quouis modo gratificari:petii vt mihi significaret:Nam daturum me operam sum pollicitus/ne frustra vnq̃ officium meum desideraret.Nõ indiget Scipio noster externis exemplis ad virtutem.Nec excitari ad litterarum studia peregrinis: vel gentilium imaginibus debet.Habet ante oculos in omni p̃clara litterarię palestræ institutione/ spirãtia domesticæ Disciplinę exẽpla.Hũc pater Aeneas/& auunculus excitat Hector.Te habet genitorem non solum in Cæsarea/& Pontificia censura præstantem/sed in omni ingenuarum artium Doctrina Excellẽtem:cuius vel sola recordatione exemplo / Themistoclis/ e mediis somnis ad Virtutem & Litteras Mirum in modum succendi debet. Ego veluti Studiorum suorum comes/ nusquam illi abero.Consilio vbi expediet assistam:& fida exhortatiõe illius Ingenium fouebo.Addam assiduũ calcar/velut currenti equo. Oblationes tuas in calce Epistolæ exhibitas non sp̃no:Immo acceptissimas habeo:

 & lętissima

& lętissima fronte admitto. Quoties res exegerit ad effectum perducam. Omnium tamē rerū vt inquit Comicus est vicissitudo. Ego is nō sum/qui possim pares vices referre. Sed q̄uis bonorum affluentia/exacta doctrina/longo rerum vsu/ a te magno interuallo superer: animo nihilomin⁹ & gratitudine/nec a te/nec a quouis alio vnquam me vinci sinam. Vale Papiæ. xxi. Martii. M.ccccxcviii.

Philippi Vagnoni equitis Aurati / & Poetæ lepidissimi Agnominatio ad. P. Caram.

CAra animi Pia Cura mei: cui tempora Maii
Herbas/ non Vrbes incoluisse negant.
Si lętam fert vna tibi Fortuna salutem
Lętor/vt hic lator dicet/& esse decet.
Sed Caras Curas/& amas. & emis: Bona bina
Dum glomerare cupis: tu mala mella bibis.
Pro te prata Viro vero/non florida florent:
Quosq; dies Deus hoc mense colorat aues.
Rara pio quæ Rore madent: nec Rura peragras:
Sed Stadium Studio dant fera sæpe fora.
Quo nisi sunt Nasi: quiq; vngues asperat Anguis:
Quo solet infandum Munus amare Manus.
Quo seruas seruos/tu ritus territus audis:
Quot/referunt Thebas attonuisse tubas.
Illic sunt imbres: hic nos perquirimus Vmbras:

Illic flare

Illic flare Notos, sed sine flore notas.
Hic Modulos rimantur aues: cauat Aura Medullas:
Dum tua Rostra boant: me mea Rastra beant.
Inq; aures Euros clamantes vertere non phas:
Clementes Nymphas hic ego lętus ago.
Lactucis latices: Ceteri nec cæna carere
Permitto, viti stercora nulla veto.
Hic Syluas saluas colimus: Lucosq;, Lacusq;:
Hebe vbi me mutat, mittit & omen hymen.
Immanes fugimus, Immunes quærimus Aras:
Et Manos Manes, fataq; foeta Deo.
Nos æquas audimus Aquas, Sanosq;, sonosq;:
Murmura quæ rumpũt Marmora cernis ibi.
Quam liber labor est, Pratis inducere Riuos,
Rauos non audit hec Mora Mira Lupos.
Et Pera & pero dum rusticor, & Cane Cano
Dumq; Rosas Rasas, milleq; Mala lego.
Vinea cum venia te Inuisum scribit in actis:
Clamat & accepto non nisi cuppa cupæ.
Victor adest litis vector, Tibi iurgia portat
Gorgia, vult rebus Robis adesse malis.
Res Caci Furis Ruscaci dextera fucat:
In labris lis est: lex quoq; sæua libris.
Ad latus, & lætus collega incedit, & illi
Calligo cur cor inficit: an facit æs?
Æs facit omne malũ non molle: & fęnora ducit
Funera dira facit: ęs facit omne malum.

Pragmatici & scribę ducalis curiæ.

Æs Martem,

Phillip. Vagno. eqtis. Aura. & Poe. ad. P. C. Agnomi.

Æs Martem, & mortem: Myrthũ mihi Musa ministras:
 Vt q; Picem Pacem, Bellaq; bile carent
Tu Crassi & Cræssi numerato Metalla, Metelli
 Vascula, Gygis opes, nos cumulemus Apes,
Pone modum, vel cerne Midam: qui deuorat Aurum:
 Auram tu populi despice, quem pepuli.
Hic Ædes, odas mecũ numerabis, & hædos,
 Te poterit miræ pęnituisse moræ.
Per colles Leporum calles, callosq; Luporum,
 Per dumos Damas, teq; docebo leues.
Hic tantum Diana fauet: fouet atra Dionę:
 Se, velut aduersus ingerit humor, amor.
Sed lenæ dedimus: quæ lunæ munera lanæ
 Offerat, & nicem afferat ante necem.
Heu turpem vitam, Euterpem tibi cernere sat sit,
 Et foueat sano te mea Maia sinu.
Ah quotiẽs quatiẽs aures remeare negabis
 Taurinum, & dices me Dea deme domo.
Hoc mare nempe Maro clamat: fuge litus auarum:
 Aether sollicitum riserit altus iter.
Sed si Cara tibi sæcura est vita: Senatum
 Desere, si natum te tibi Cara putas.
Iamq; Vale, nec vile putes mutare figuras:
 Est Coccix, cui vox vix dedit vna sonum.

P. C. Georgius Florus.

Accersiuit

ACcersiuit me supiori ęstate dũ ociaremur Philippus Vagnon⁹ eques Splẽdidissim⁹ & Poeta lepidissim⁹ i artẽ suã veterẽ exploratur⁹ forte & piculũ factur⁹ poti⁹, vt cõiector an q̃ quorũdã amãtiũ mei cõtinuis de me rumorib⁹ accepat / pticulã aliq̃ haberẽ / q̃ expecturus vt aiebat qd de libris delitiarũ & Poematib⁹ suis sẽtirẽ. Et pclare qdẽ & Prudẽter. Alias.n.nũq̃ me allocut⁹ fuerat. Et pleriq; cũ amãt: ita supra modũ laudãt vt qd dicãt nõ videãt. Ex quo nõ ita facile de aliis pdicãtib⁹ credi par est. Verũ mihi qdẽ siue angustia tpis / siue tarditate Ingenii quod volebã sua gratia & sibi fortassis q timidiusculus sim: ne licuit tũc qđ optabat asseq oĩno. Quid aũt aut q̃tũ qs valeat nõ ita stati dephẽdes: cũ varia atq; diuersa sint hoĩum Ingẽia. Nec ęquũ parit Iudiciũ repentina / pceps / & temeraria adiudicatio. Itaq; cũ ei⁹ scripta: vt aiũt / p trãsennã vidissem: laudaui. qđ in me erat: vt alias corã inuẽtionẽ / pbaui cõsiliũ / placuit ductus. fictiones: q̃ peculiares & vernę Poetarũ sunt: admiratus sum. De verbis aũt syllabis & figuris scripturaq; q̃ ad grãmaticos spectãt: qui a Poetis potissimũ conciliãdi sunt / nihil ausus nisi prius exactissima castigatiõe a pitissimo quoq; recognita fuissent. Idq; qb⁹ potui rõnib⁹ suasi vt pcuraret. Est enĩ hoc nobis natura insitũ: vt aliẽa facilius: q̃ nr̃a diiudicem⁹. Propt⁹ sane est Philipp⁹ & facilis ad faciẽda cõponendaq; carmina: sed laboris impatiẽs ad elimandũ: Scio postea Ioãnis Bremii / & quorũdã aliorum mea sñia doctissimorũ in his castigandis aliquãdiu opera vsum fuisse.

vsu fuisse:sed hec tẽpus ꝓlixius exigũt. Nec pñt sane tã ꝑcipiti recognitionẽ:vt tu alias corã rõnib⁹ & exẽplis:vt oĩa soles:& prudẽtissime & verissime:cũ de his sermo fieret cõprobasti in lucẽ q̃ emẽdatissima:vt par est tãta opa ꝓdire:cũ aliqd hodie ĩuenire possis:quod alias nõ videras multaqꝫ succurrãt suo tp̃e:q̃ alias non mẽineris. Accedat ꝙ pleraqꝫ dep̃hẽdi pñt assidua lectiõe q̃ ĩterlegẽdũ p̃termittunt. Itaqꝫ cũ hos delitiarũ libros vt audio ꝓxima fętura velit in lucẽ emittere:opus sane & rarũ & laude dignũ si castigatũ emendatũqꝫ ad vnguẽ exierit & sibi laudẽ & ĩmortalẽ gl'iã cõparaturũ moneas eũ velĩ vir Magnifice:vt ita eos emittat:ne intẽpestiua fętura abortiui potiꝰ fiãt/q̃ ptꝰ. Nã si Magnifica p̃toria munitissimas arces opima p̃dia suppellectilis & tricliniorꝝ Splẽdorẽ lautitiã luculli. Crassi opulẽtiã tãto studio & cura sibi cõparauit:& ĩta cõparauit:vt nihil illis deesse videat:q̃to magis his:quę ęternitatẽ noĩs & famę polliceri pñt:ĩtẽdere debet vt omni ex pte absoluta & perfectissima hẽant. Illa enĩ oĩa fragilia & occidua & breui dominum/possessorẽqꝫ mutatura sunt. Hec vero clara ęternaqꝫ habent. Quãobrẽ cũ aliqd mea sñia sit:qd in his vel desiderari vel mutari possit/ nõ dubitaui ad te scribere qd sentirẽ:vt eũ moueres liberiꝰ qd faciũdũ sit. Scio enĩ Philippũ tui studiosissimũ & tibi tm̃ autoritatis tribuere q̃tũ vnq̃/Cice. Varroni/aut Tranqllꝰ Plinio. Et se plẽiore obseqo demeritũ fuisse existimabit:si tua p̃suasiõe libros delitiarũ q̃ castigatissimos emiserit. M.ccccxcviii. die. xx. Aprilis.

Domitius

Domitius Machaneus Optimo Senatori/ac Oratori facundissimo.D.P. Caræ Iuriscõsulto/ac Eqti Aurato.S.

LAtebat inter Erudita Poemata summatis Viri Philippi Vagnoni aureus delitiarum liber:quẽ vt is eminẽtissimus Eques æderet vix pauci immortalis nominis eius studiosi/quotidiano conuicio/crebraq; efflagitatione tandem peruicimus/eoq; difficilior persuasio fuit/quo hic omnia magis in conscientia/q̃ in ostentatione ponens/doctus esse/q̃ videri mauult. Nãq; Equestris dignitatis Splẽdor:& Ducalis Prætorii fidus Præfectus/ac Bello/Paceq; conspicuus/Litteras/vt porte amęnissimum secessum/ac non Peculiarẽ suam professionem/succissiuis tãtum tẽporibus colit. Equidem pro mea in illum sincera Beniuolentia/vt more meo/aliquid de Republica Litteraria benemererer/eundem euidentissimis demum rationibus (quibus acquiescere humanissime solet) ab obstinato proposito dimouisse apud te Venustissime Cara merito gloriabor/ne tãq̃ Plautin9 Euclio/Thesaurum hunc occultare vellet.neue longo tempore elaborato sol9 ĩcubaret:quo viuẽtes/posteriq; mortales qcq̃ bonę frugis inde excerpere valerent:& ne fortasse infęlici omine atq; infausto casu a Vulcano inimico concremaretur. Consueuere enim illius carmina huic inuido fato obnoxia esse. Quod magno cum dispendio linguę latinę in Parnasi elucubrata descriptiõe/aliisq; elegantissimis opusculis indigne accidisse familiares eius

locupletissimi

locupletissimi testes existunt.Quod infortunium Bassa/
nus Mantuanus extemporalis vates longa Elegia defle/
uit. Vt & ipse autor in Vndecimo hui⁹ operis libro at
testatur / dum dicit.Quę quia fortuitis periere ignib⁹
addi Delitias inter non potuere meas:Carmina Bassani
sunt execrantia dirum Vulcanũ & flãmas Ignea Vesta
tuas.Prætere mi Candidissime Cara ingenue fatebor
me sępius Philippum ipsum pacientissimis auribus audiẽ
tem liberrime accusasse:ꝙ in quibusdam schediis suis ni
mius antiquarius videretur:adduxi testimonia Quinti/
liani in Institutionibus Oratoriis:Gelii in noctibus atti
cis/Cæsaris deniq in Anologia. Varronis in Lingua lati
na/Quę etsi multiscium virum illum non laterẽt/tamẽ
me non minus q̃ viros litteratos interdũ admonebat:Mi
dulcissime Machaneæ permitte quæso in hac (licet odio
sa) affectatione mihi ipsi indulgere:Naturæ sequitur se
mina quisq suę / doctis nõ diobolaribus litteratorib⁹ hec
scribimus/ & mores & sermones vetusti mihi placent.
Quod ego quãuis grauatim hanc siue licentiam/ seu li
bertatem petenti concedẽdam arbitror. Nam totus (vt
vides) in ędificiis:habitu:oratione Venerandę antiqui/
tatis amator atq cultor apparet.Pręterea illa obsoleta
vocabula/in quibus raro modum facile excedit/renascen
tur (vt Horatius inquit) si volet vsus.Quem penes ar
bitrium est & vis & norma loquendi.Tu igitur doctissi/
me censor ad me rescribas velim qd de huiuscę pręclari
operis editione sentias quo duce exactissimo iudicio tuo

in manus

in manus hominum q̄ emēdatissimum: atq̃ nebulonum: umbratilium grãmaticorum: deniq̃ sciolorum vipereas linguas tutissime contemnere possit. Vale.

Domitio Machaneo. Petrus Cara. S.

Libentissime venustas tuas Litteras plegi: in quibus a me efflagitas: vt ad te rescribã quid de editione elegantis libri delitiarũ Philippi Vagnoni inter Poetas sæculi nostri iucundissimi sentiã. Equidē Mi doctissime Machanęe Iamp̃ridē hũc Splendidissimũ eq̃tē noui: qui qualē quantã quãue fidelē operã sub Excellentissimis nostris Sabaudiæ Ducibus belli domiq̃ nauarit: præclarissima eius gesta aduersus Salucios & gabienos sub optimo duce Carolo: necnõ Prudentissima ac Industria eiusdē Magistri Aulici administratio sub Ioanne quoq̃ Carolo Amedeo altę spei puero nup defuncto verissime declarãt. Vnũq̃ demirari possem: Quã in tanta rerũ mole occupatissimus musis incũbere potuerit: nisi mecũ quoq̃ supioribus annis Romę in illa nostra honoratissima legatiõe ad Beatissimũ nouitiũ creatũ Põtificem Alexandrũ. vi. nõ mõ fidelissim⁹ collega: verũ ēt dulcissim⁹ vates extitisset: vbi q̃tũ valeret Ingēio quãtũ p̃staret extēporali facundia. quãtũ in omni dicēdi genere posset: Etsi alias persępe: tũ maxime re ipsa plane cognoui. De quo vt vnum dixisse suffecerit: non temere quenquam plura in ocio scripsisse: quam ipse in negocio/tot alioqui

in summis

Domitio Machaneo Petrus Cara. S.

in summis Reipublicę functionibus continue versatus: vtpote qui equestribus militiis Industrie functus fuerit. Et magistratus quoq; Splendidissimus pretor summa in tegritate administrauerit. Quod autē scribis te duabus rationibus tandem illi persuasisse: vt hoc opus in publicum prodiret atq; imprimeretur cum vt aliquo beneficio rempub. litterariam tibi obstringeres: tum veritū ne a liuido Ignis fato liber combureretū: alter ab humana consuetudine tua nō alienum est, alterū veri amoris plenū apparet. Etenim res est solliciti plena timoris amor. Ego etiam idem metuens in carmen illud Augusti Cæsaris pro Vergilio compositum mutato solum nomine prorupi. Ergo ibit in Ignes?

Magnaq; docti loqui morietur musa Philippi.

Vt tot congestos noctesq; diesq; labores

Hauserit vna dies?

Quare etsi Ligna in Siluā veteri puerbio ferā: tū illud te nō a me: sed ab Horatio admonitum iri velim.

Nec virtute foret: clarisue potentius armis:

Quam lingua latiū, si non offenderet vnum

Quēq; Poetarum limæ labor: & mora.

Cura igitur: vt hoc non triuiale delitiarū opus per te recognitum in lucem veniat: Quod eius est salis. eius elegantiæ: & eruditionis: vt inuentione, dispositione, elocutione elegiographos ipsos priscos Poetas nō modo equiperare: sed etiam superare videatur. Quis enim hūc nostrum Philippum in dulcedine atq; acumine versus

Propertio: In carminis sonora tuba Tibullo nõ iure quõ
dam, vel ęquauerit vel prætulerit? Namq; acre eius In/
genium solertem Doctrinam. Extemporalẽ in fingen/
dis poematibus facilitatẽ: deniq; in singulis artibus libe/
ralibus versatile Iudicium nemo est vel mediocriter do
ctus: qui locupletissime non cognorit. Quo fit: vt te au/
tore & apud viuentes. & apud posteros non mediocrem
gloriam sibi haud dubie comparaturus sit: Et litterato/
ribus omnibus non voluptatem modo: sed incredibilem
vtilitatem allaturus: quandoquidem & nouitate ver/
borum: & sententiarum grauitate: & concinna structu/
ra & dicendi caractere aliquid perscis Poetis addidisse
videri potest. Instabis itaq; & aliquando vrgebis: vt
præcipiti maturatione tantarum delitiarum libros in
lucem emittat: ne il rem litterariam tam iucundo emo/
lumento affecturi cum vtriusq; iactura diutius deli/
tescant. Vale.

Magnifico Dño. P. C. Iuriscõsulto, ac Allobrogũ Ducis
legato Dignissimo. Hannibal Mazolus. I. V. Professor.

QVi velut e cœlo missus Tegiaticus ales
Legati officio fungeris alme pater.
Quem stupet: atq; tui pendet narrantis ab ore
Omnis eques: populus: fœmina: virq;: puer.
Cui modo ceruigerę domui contingit in omni
Fœdere setigerum conciliare suem.

 Cęlitus

Iacobus Bonus Passus Trecanus Scipio. Caræ. I. C.

Cælitus hoc Caræ tibi sic cognomen adeptum est:
Cunctis quod Carum fata tulere virum.
Macte animis: fauet omnipotens: tua nomina poscit
Æther: terra: fretum: sidera clara poli.
Fata tibi niueo producant pollice fila:
Nestoreos videas lætus vt inde dies.

Iacobus Bonus Passus Trecanus Scipionem Caram Virũ dicẽdi peritissimũ/ necnõ vtriusq; Iuris Professorẽ haud quaq̃ pęnitendũ hoc exucco extemporarioq; carmine salutat.

CVm tacita Bremii legissem mente libellum:
Quo titulos celebrat Scipio Cara tuos.
Quo memorat Caræ Char⁹ mõumẽta parẽtis:
Quo tua/ quoq; patris facta probanda refert.
Quo modo fert nati/ modo fert genitoris honores:
Quo grati munus soluit vtriq; viri.
Est mihi/ quem resonet Citharedus Apollo canorẽ:
Quale mera Charites voce poema canant.
Plautina Diuæ cessabunt arte Sorores:
Incipient Bremio funditus ore loqui.
Siue obita eloquitur viuentis munia Caræ:
Dulichiis promit faucibus Historiam.
Seu queritur vitæ defunctum munere Caram:
In Meandrinis est olor alter aquis.
Nænia ceu Castus persoluit mœsta Sacerdos:

Inferiasq;

Inferiasq; piis manibus almus agit.
Persephones modulus repetitor coniugis Orpheus
Hoc minor harmonica cantor in arte fuit.
Nam poterat vasto Petrũ reuocare Barathro:
At Celsus supero Iuppiter orbe beat.
Audiat istius cantus Delphinus amœnos:
Arida deserto scandet in arua mari.
Noscitur ampha scii paucis Industria vatis:
Noscitur ostenso grandis, vt vngue leo.
Debet vterq; satis Bremianæ Cara camœnæ:
Quod canat æternis gesta, virosq; tubis.
Et tua musa Bremi vtriq; est obnoxia Caræ:
Consona qui lepidę facta dedere chelii
Sed tua falx nostris rastris odiosa patescit:
Quæ nihil in tanta radere messe sinit.
Non licet vllo horum claudatur gloria versu:
Hic Bremiana aliis Buccina claudit iter.
Poma dat Alcinoo, qui Caras carmine laudat:
Nec tempestiuo fungitur officio.
Nempe probum crambe stomachũ repetita fatigat:
Penelopes nullum tela retexta iuuat.
Nec facit ad magnũ Caræ mala musa nitorem:
Putidulo sordent Balnea lauta cane.
Da nostris igitur veniam bone Scipio Nugis:
In laudum cumulos si nihil attulimus.
Vale.

Cõsumato & Grauiss. I. C. Dño Scipio. C. Io. Bremio.

Consumato & Grauissimo Iureconsulto Domino Scipioni Caræ. Ioannes Bremius.

Vix ingressus eram præclara Palatia tantæ
Vrbis: & ingentes vix speculabar opes:
Cum mea tot cernens confusa Thalia togatos:
Eximia claros & probitate patres:
Hic cœli contemplor opes / & dogmata dixit
Quanta Solon scripsit / sideriusq; Plato.
Nullus in vrbe locus nugis o parue Poeta
Esse potest nostris / rustica cedo locum.
Non modo prouecti sapiunt / aut iunior ætas:
Hic sapit ante dies & puer anniculus.
Ergo metu patriam repetenti diximus: adstes
Musa velim: bonus est fautor in vrbe tibi.
Hic est (si quæras) soboles doctissima Caræ:
Caræ oratoris Scipio melliflui.
Scipio virtutis constans sectator auitæ:
Æmulus & laudum quas tulit ante pater.
Doctus amat doctos: vates quoq; vatibus ipsis
Auxilium præstat / subsidiumq; libens.
Hic est qui legum / nulli virtute secundus
Cæsareo regnat / pontificumq; foro.
Pulpita qui cathedræ scandens sublimia lector /
Discipulos leges / sacraq; iura docens:
Fulgurat eloquio / quali Pomponius olim
Ausonios inter / Romuleasq; tribus.

Adde quod

Adde quod & facilis: clemens adituꝗ benignus:
Cuius tecta patent omnibus ampla bonis.
Qui (licet in verbis tibi sit male crassa Minerua)
Est tua lecturus carmina sponte tamen.
Virtutum velut est hęres/hęresꝗ bonorum:
Sic & amicitias ipse parentis amat.
Cum fuerim Bremius Caræ senioris amicus/
Antiquusꝗ cliens/ne mea musa time.
His dictis visa est confidere nostra Thalia:
Et spem de rebus sumere lęta suis.
Cara igitur curam nostro de corde fugato:
Sisꝗ precor nobis Scipio prævalidus.

Epenesis.
Ioannis Bremii Scipioni Caræ. I. Consulto.

QVum te non nossem: fama permotus honoris:
Nominis & clara Scipio laude tui:
Ornatum pulchris te dotibus esse putaui:
Cõmuni sensu pectus & esse tibi.
Accessi: propiusꝗ viri cognoscere partes/
Et libuit cordis cernere quale decus.
Quam maiora fide? quam vix credenda notaui?
Ipsa tamen vero cuncta minora patent.
Famaꝗ: quæ gestis solet addere plurima rebus/
Est ea de titulis (iuro) maligna tuis.

In te plura micant: quæ laudatissima cultu
Eximio: & grandi carmine digna cani.
Quod fortuna tibi fuerit largita beatum
Diuitiis censum: res ea quippe leuis.
Quod Taurinorũ tibi sit sublimis in vrbe
Quam colis / in vico sed potiore domus:
Altera quodq́ simul: doctis quæ habitatur amicis:
Fidus Oresteo quos tibi corde paras:
Atria magnifico cultu / varioq́ decore
Quod tua splendescant / Attalicisq́ thoris.
Quod tua mensa cibis / dubio quod cœna paratu
Detur conuiuis / hospitibusq́ bonis:
Prædia quod tibi multa: soli quod iugera culti:
Fertilis & glebæ quod tibi diues ager:
Non ego te pluris facio. licet ista probentur:
Absit dum Bacchus: sit procul atq́ Venus.
Argumenta etenim sunt hec / & signa potentis /
Qui magnis opibus / diuitiisq́ fluat.
Quod disciplinis pectus tibi fulseris alte
Omnibus / eximio dignus amore venis.
Rhetoricos orator agis / callesq́ disertus
Rite locos Fabius quos grauis autor habet.
Hinc accepturi multorum grata laborum
Præmia / pro meritis stemmata digna suis:
Ore tuo cupiunt laudari / & sumere vittas
Doctoreas manibus Scipio clare tuis.
Id tamen imprimis pulchrum / & mirabile semper /

Æstimo:

Æstimo: quod Cara sis genitore satus.
Cuius heri quoties veneranda refertur imago:
Et subeunt animo grandia dona viri:
Consilii occurrunt mihi tot grauitate Catones:
Et vera clari relligione Numæ.
Incorrupta fides: exacti deniq̀ mores:
Optima virtutum regula/vita grauis:
Nassicas referunt nobis: referuntq̀ Metellos:
Tot vel Aristides: Fabriciosq̀ pares.
Fandi arte orantis videor cognoscere priscum
Nelei pectus Nestoris/aut Itaci.
Dicentem quoties tractus dulcedine vocis
Auditor stupuit/captus & eloquio?
Siluestres homines dictus lenire: Leones
Orpheus & Citharæ detinuisse sono.
Conditor Amphion Thebanæ maximus vrbis
Voce Lyræ fertur saxa tulisse loco.
Et Methymneus dulcis modulator Arion
Delphinas versu perdomuisse vagos.
Vana Poetarum mendacia credidit ætas
Posterior/nulla quæue sequenda fide.
Sed postq̄ Caram diuino sensimus ore/
Eloquioq̀ graui promere verba noua:
Inuidisse magis proauis aduertimus illos
Et partem veri conticuisse bonam.
Quid non eloquii Maiestas Splendida sacri?
Quid non Orator voce: sonoq̀ potest?

Discordes

Epenesis. Ioãnis. Bre. Sci. Caræ.

Discordes Populos, & seditione furentes
Armis, & gladiis, cedibus, igne, dolis:
Cara suæ fretus (memini) dulcedine linguæ,
Sæpius vrgentes, composuitq; feros.
Curia Pontificum fuluo redimita galero.
Atq; Sacerdotum tueba, chorusq; patrum:
Mulcentem audiuit cœtu mirante Senatus:
Quiq; fatebatur cultius esse nihil.
Nec solum æquauit maiores voce decenti
Cara grauis: gestu sed meliora vides.
Quum lego quæ scripsit (si me non fallit amoris
Ardor) ab antiquis illa notata puto.
Nimirum stilus ipse boni Ciceronis honores,
Et redolet quicquid sæcula prisca probant.
Dux Allobrogicæ fortunatissimus oræ:
Coctia cui parent: atq; Salassa iuga:
Inter pulchra sui numerabat commoda regni:
Seq; auctum magna rite putabat ope:
Ipsius in regno quod Caræ contigit ortus:
Quodq; frui potuit cõmoditate viri.
Iccirco summis ornabat honoribus illum:
Inter conscriptos iussit & esse patres.
Cui fido imprimis cordis secreta reuellans
Credebat Populos, seq;, statumq;, suos.
Cum reliquis patribus dignus quod iura Senator
Sancta ministrabat, non leue munus erat.
Mittere ad externos si quando negocia reges

Legatum

Legatum vrgebant: res grauis atq; foret.
Caræ oratori moles tractanda dabatur:
Qui cura / & vigili mente subibat onus.
Dicitur angustis (rarum & mirabile) Princeps
Dixisse in rebus / cura agitante graui.
Si mihi reddatur Caræ Prudentia nostri:
Non premerer tantis sollicitudinibus.
Si mihi reddatur Caræ rarissima virtus:
Quouis Thesauro carior illa foret.
Quid quod erat vere Doctrina prędítus omni?
Nec non multiplicis dignus honore togæ?
Sed potior legum fuit ipsa professio Caræ:
Pontificum sacris / & vigilare libris.
His / post exhaustos noctuq; dieq; labores /
Rettulit ornatum iunior ipse caput.
Iuris consultos / atq; inter amabilis ipse /
Fulgebat / veluti Celsus / vtroq; foro.
His igitur / multisq; aliis virtutibus auctus:
Priuatis Carus: principibusq; fuit.
Defunctum fleuere boni: fleuere modesti:
Defleuit patrem Curia tota ducis.
Illi ego iampridem curas: musæq; dicaram
Scripta meæ: possum quicquid & arte Lyræ.
Quæ quia viuenti mihi reddere fata negarunt /
Inferias cineri / manibus atq; damus.
Atq; vtinam tantæ modo respondere daretur
Virtuti: & titulis par mea musa foret.

Non indigna

Epenesis. Ioãnis. Bre. Sci. Caræ.

Non indigna patris caperes ingentibus actis
Carmina: prestanti non aliena viro.
Ossibus interea dicetur Nænia Caræ:
Debitor & bustis dona supræma feram.
Fœlix Elysias Petrus deductus ad oras:
Magna pias sedes cuius & vmbra colit.
Huic illi occurrit facundo Hortensius ore:
Atq; oratorũ prisca corona patrum.
Iuris consultis comitatus Sceuola mille
Assurgit tanto primus & ipse viro.
Excipiunt læti medium / plauduntq; Lycurgus /
Inde Solon Prudens: legifer atq; Draco.
At tu quem Patriæ stimulauit adorea semper
Scipio virtutis / non sine laude noua.
Maior es inuentus quam quod sperauimus olim:
Maiores fructus & probitatis habes.
Cui post emeritos legum / canonumq; labores:
Et post discipulos / quis ope Lector ades:
Iam spondent pia fata gradum / sellamq; curulem.
Vtq; Senatorũ conspiciare choro.
Sic tua promeruit Pietas rarissima sæclo:
Atq; æuo nostro rarior alma fides.
Sic qua prosequeris bonitas insignis amicos:
Et nunq̃ clausa / sed tribuente manu.
Viue precor: nomen Caræ genitoris & imple:
Ne quid ad eximii desit honoris opes.

Ioannes Bremius.

Thomæ Hieraldi Cornificii Tetrastichon.

Scire cupis quid in hoc Lector terchare Libello
Contineatur ?habes hic latiale Decus.
Hic Ciceronis adest Grauitas: Facundia Gracchi:
Demadis & Charites. Omnia Petrus erat.

Nicolaus Cacia Nouarieñ. Patricius. I. V. Consultiss. Taurini ordinariam Matutinam legens Lectori.

Si spectes huius digesta, Salemq; libelli,
Protinus exclames doctius esse nihil.
Tantillum est Corpus: Rerum virtute sed ingens,
Gemma velut Saxo pręualet ipsa breuis.

Laus Deo finis.

IN AVGVSTA TAVRINORVM
Ioannes Br̃nius Castigabat. P. P. Porrus Chalcographus Imprimebat
kal. Nouem. M.D.XX.